vel fuissent alie precessissent et causasset
infinita corpora successive, potest eis dici
facile quod anima que separatur ab uno cor-
pore perficiat aliud, et sic non erit
necesse ponere infinitas animas actu.
Sed istud non valet, quia non debet defendi
veritas per illud quod est falsum et erroneum;
ponere autem unam animam omnium hominum
est falsum et impossibile et supra probatum, ut patebit
infra, et est nichilominus erroneum quo ad fidem,
et ideo per hoc non debet nec potest defendi veritas
de possibilitate eternitatis mundi. Ter-
tia subditur quod deus potuit facere mundum
sine hominibus, aut quod una anima duo vel
plura corpora animaret. Unum quidem
est, sed non solvit argumentum, quia cum contra non
potuit facere mundum cum hominibus,
ita quod una anima una non informaret
plura corpora nec simul neque successive,
et tunc corruptis hominibus remanent
infinite anime, nec erit assignare com-
mentator non sit possibile unum sit aliud
non enim est magis impossibile homines
fuisse ab eterno quam quecumque alia, nisi quia
ad est in homine incorruptibile, puta
anima intellectiva, in aliis autem nichil.
Sed istud non valet, quia quod est corruptibile, puta
deus conservare perpetuam ne corrumpatur,
sicut lapidem, et tunc ~~et tunc~~ concluderetur
idem quod de animalibus. Alii solvunt di-
centes quod in equalitate revolutionum signa-
ta potuit deus unam animam creare,
sed non omnibus ab eterno loquendo, quia
deus non potest producere nisi sub aliquo
ordine, infinitum autem omnem ordinem ef-
fugit, ideo per nullam potentiam potuit infinita
produci. Sed illud videtur absurdum, quoniam deum
sicut enim in equalitate revolutionem posse ac-
cepta et signata potuit deus unam
animam creare, potuit et omnibus, quos
enim possunt et potuit signari, et si
non a nobis accipientibus unam post aliam,
tamen a deo considerante simul omnes
equaliter capta et omnes. Si ergo deus qui-
libet et omnes signavit in equalibet
simpliciter unam animam producere, sic potuit
ut essent tot anime quot revolutiones
preterite, non video. Item si anima
desinet esse cessante revolutione
sit primam sine proportionalitate dimam

subtrahentem influentiam suam, nullus
negaret quin deus potuisset tot animas
produxisse quot revolutiones. Si ei
concedatur infinitas in revolutionibus
et negatur in animabus, nisi quia revo-
lutiones transierunt et anime manent
et infinitas et ideo animarum esset actu
et simul, quod non concedunt possibile. Infinitas autem
revolutionum non est simul sed successive,
quod est possibile ut putant. Et ergo deus pro-
duceret tot animas quot fuerunt revolu-
tiones quarum quelibet cessaret cessante
revolutione. Contra: Secundo sic arguitur, quecumque
sunt talia quod nullum eorum repugnet
esse nec habent oppositionem ad invicem per quam uno
posito aliud destruatur, nec successionis
necessarium ordinem, talia possunt simul
esse sicut successive, quod enim impediret
eorum simultatem nichil ut videtur. Sed infini-
tarum animarum productarum vel possibilium pro-
duci in infinitis revolutionibus, modo quo
statim probatum est, nullius earum repug-
nat esse nec comparata ad alteram habet
oppositionem per quam una excludat aliam
nec habent successionis necessarium ordinem,
ergo possunt esse simul sicut possunt esse
successive. Non valet ergo solutio quam isti dant
ad argumentum nec motivum eorum est sufficiens,
quia si essent infinite anime quelibet earum
haberet eundem ordinem ad deum et ad alias
alias res quam habent anime que modo
sunt, quia ipsius autem infinite sunt multi-
tudinem sic se non oportet querere aliquem
ordinem tamen sic se non sit ad unum nec eius
Et est notandum quod Augustinus qui ponit mo-
tum ab eterno vel plurium videtur contradicere
ei quod dicit 12° libro de civitate dei
infinito, sic enim dicit quod infinitum non est actu
possibile esse nisi in potentia accipiendo
unum post aliud, sic tamen quod omne acce-
ptum semper est finitum et in successivis
de quibus ponit exemplum ut sunt dies
et agon; unde sic ipsum in 1° passo dies
accepta non possunt esse infiniti, quia
non sunt simul, sed quod ipse dicat postea
in xii libro De p[er]commutabilitate ... q° 2a

Secundo principaliter queritur utrum
potentia creandi possit communicari
creature. Arguitur quod non primo sic: tamen
non potest communicare quod sit primum agens

simpliciter ei non potest communicari quod agat nullo presupposito. Sed creature non potest communicari quod sit primum agens simpliciter quia iam non esset creatura sed creator. Ergo etc. Minor patet. Probatio maioris: quia quanto agens est superius tanto pauciora supponit, ita quod solum supponit minus quam cetera que supponunt eius actum. Et hoc est quia ars nature imitatur tamquam posteriori agenti. Sed agens supremum ut deus, sicut multi alii agentes inferiores, id est vel ex parte sui supponit. Ex quo videtur quod per hoc competit alicui agenti quod nichil presupponat ex parte sui quia est primum agens simpliciter non immixtum alteri; ideo non quod sit primum agens non potest agere nullo presupposito cum potest communicari. Et hoc sunt maiores. Item super infinitam distantiam non potest nisi virtus infinita. Sed inter terminos creationis est distantia infinita. Ergo etc. Maior supponitur. Sed minor probatur dupliciter. Primo quia illa distantia est infinita qua non potest dari maior. Sed non potest dari maior distantia quam sit inter ens et nichil. Ergo illa est infinita. Secundo quia inter quecumque contradictoria est equalis distantia cum contradictio sit una oppositio. Sed inter deum et non deum et inter totum ens et nichil est infinita distantia. Ergo inter quodcumque ens et nichil sibi correspondens cum distantia infinita. Item inter ens et nichil nulla est proportio. Ergo similiter inter virtutem que producit ens ex potentia et virtutem que producit aliquod ens ex omnibus nulla est proportio. Sed cuiuslibet finiti ad infinitum est aliqua proportio. Ergo necesse est alteram duarum illarum potentiarum virtutum esse infinitam, illam videlicet que producit aliquid ex omnibus per creationem. Sed infinita virtus non potest communicari creature. Ergo etc. Item sic agens quod totum producat totam rem debet se totum agere. Sed nulla creatura potest se totam agere cum non sit actus purus et nichil agit nisi secundum quod ens actu. Ergo etc. Item istud cuius actio non est substantia non potest creare quia actio eius supponit substantiam. Sed actio creature non est substantia. Ergo etc. Item si creatura posset creare aut hoc posset ut principale agens, quod primum est deus, vel ut instrumentum per dominum primo. Instrumentum non agit nisi ut motum et promotum, et tale supponit substantiam. Item quia instrumentum supponit adesse principalis agentis

sed in creatione non potest precedere aliqua dispositio, cum creatio fiat nullo presupposito. Ergo etc. Item augmentum arguit, quia quod agens possit excedere effectum suum tamen semper videtur equari actione et passione, quia non ad plus agit agens quam recipiat patiens. Sed creatio passio non arguit infinitatem infinitam potentie passive vel ad infinitum productum. Ergo nec creatio actio arguit intercedente infinita potentia activa. Sed per aliud non negatur quin creatio possit communicari creature nisi quia creatio videtur infinitam potentiam requirere intercedente. Ergo etc. Item creatio dicit productionem alicuius nullo supposito, quod potest intelligi dupliciter. Uno modo quod nichil supponatur ex parte agentis. Sed creans infinitum solum suae virtuti. Et hoc modo omne creare non potest communicari creature rationabiliter, cum potest communicari quod non sit ab alio tamquam a causa agente semper eius effectus infinitus sine causa, propter quod si sit causa eius connaturalitatem cum infinitus ei inesse, et propter quod prius est in omnibus que supponunt esse. Sed nulli creature potest communicari quod non sit ab alio agente, quia nomen creature importat oppositum, id est quod sit ab alio. Ergo nulli creature potest communicari quod creet nullo supposito ex parte agentis. Alio modo potest intelligi quod nichil supponatur ex parte subiecti, scilicet creatio infinita potentie agentis, et istud potest esse dupliciter. Uno modo quod generetur creatio secundum totum ambitum, et istud non potest esse quia ibi potest communicari creatio secundum totum ambitum quod non potest creare omne creabile. Sed nulla creatura potest creare omne creabile saltem se ipsam, quod est de numero creabilium. Ergo etc. Alio modo quod communicetur creatio secundum potentiam tantum quod tantum ad aliquem specialem effectum. Et sic adhuc dicunt quidam quod nec isto modo potest communicari creature quod creet, quod probant inductione in diversis creaturis, primo de creatura spirituali, ut est angelus, et hoc sic: nullus actus angeli intellectionis requiritur intercedente substantia tamquam potentia intellectiva ipso termino creationis. Sed intellectio angeli est eiusdem actus et actualitatis cum intellectio requiritur in angelo tamquam potentia quo est producto per angelum

adeo ergo nullus angelus potest creare aliquam substantiam. Maior probatur quia iste actus qui est necessario primus in creatione aut tenetur tamquam actus productivus eius aut tamquam formale principium productum eius. Exemplum primi est de calefactione respectu caloris causati in ligno. Exemplum secundi est de calore in igne respectu calefactionis ligni. Primo modo non requiritur aliquis actus accidentalis mediante, quia actus productivus et terminus productus sunt in eodem, ergo ad producendum ad extra non requiritur in producente aliquis actus manens qui sit actus productionis. Nec secundo modo quia actus accidentalis non potest esse formale principium creandi substantiam, quia omnis forma activa requirens potentiam acceptivam in secundo necessario requirit potentiam passivam in agendo, aliter enim actio eius esset absolutior principio suo productivo, quod est inconveniens, quia absolutior autem dicitur perfectior. Effectus autem productus non potest esse perfectior principio suo productivo. Tum primo omnis actus accidentalis in agente supponit potentiam receptivam in secundo. Secundo quia requirit potentiam receptivam in agendo et illa non potest esse principium creandi. Tum tertio creatio nihil supponat. Concluditur quaedam instantiae quae dantur contra probationem maioris. Una instantia est quia actus in virtute substantiae potest esse principium producendi substantiam tamquam instrumentum substantiae quamvis hoc non possit virtute sua. Exemplum de calore qui est instrumentum generandi carnem, ut patet secundo de anima, ergo similiter potest esse in proposito virtute substantiae creandae. Sed istud non valet, quia omne instrumentum vel attingit effectum principalem vel disponit ad ipsum. Neutrum potest dari in creatione. Non enim actus potest attingere effectum principalem scilicet substantiam, quia si principale agens esset agens virtute tantum non requireret necessario aliud agens medium inter formam suam et effectum. Agens autem equivocum est perfectius univoco. Ergo non necessario requireret medium, et per consequens non haberet instrumentum per quod agat tantum. Nec potest esse dispositivum, quia nihil supponit creatio quod disponatur. Et confirmatur istud, quia ubi actiones sunt

in virtute substantiae generantis non attingunt formam principalem sed tantum modo quandam dispositionem, sicut patet de qualitatibus alterationis elementorum qui non attingunt formam substantialem, aliter qualitas esset principium activum in materia et in materia receptiva formae substantialis, quod est inconveniens, quia quod non potest recipi nisi in substantia composita in essendo non potest agere nisi in substantia composita, ergo non in materia. Ad illud autem ad aliud quod dicitur secundo de anima de calore, calor enim per tanto est instrumentum animae generando carnem animatam, per quanto est principium alterandi in alteratione prima ad generationem, non quia in instanti generationis attingit formam carnis tamquam terminum, sic nec attingit materiam substantialem carnis tamquam passivum. Alia instantia est contra eandem maiorem probationem. Argumentum Avicennae qui dicit quod domus extra sit a domo in anima et in domus habet virtutem esse in re extra quam in anima, quia in re extra habet esse reale, sed in anima non habet esse nisi cognitum, quod est esse diminutum. Ergo imperfectius potest esse magis quod potest esse principium productum perfecti scilicet esse in re extra. Ad hoc dicitur quod minor est falsa, quia esse domus in anima est unius esse et perfectius, quia esse eius in re extra est domus cum in anima est ipsa cognitio animae qua domus denominatur cognita et haec cognitio est quaedam realis perfectio animae. Forma autem domus extra non est nisi ordo et compositio partium quae est accidentale et imperfectius ipsa cognitione et illa perfectius non est ab imperfectiore sed equiso, vel sumptum quamvis cognitio domus sit perfectior quam forma domus, tamen esse cognitum non est verius esse domus quam esse eius in re extra, quia non est eius esse formale sed consequens semper est tamen simpliciter perfectius vel accidens substantiae esset cognita vel cognitio quod esset actus semper esset omnino de ipsa re cognita et ideo nulla cognitio quae esset actus potest esse principium producendi substantiam nec per consequens creandi, et sic probata maior rationis principalis et instantiae contra eam evacuatae. Minor probatur quantum ad duas eius partes. Et primo quantum ad hanc quod intellectio angeli

sit actus / quia nō repugnat itellcm
angli distincte intellige q̄ tunc itelli
gibile / et si intelligibilia possent esse
infinita altius rōnibus et actō disspata /
q̄ ultz cor ess̄ cognoscē altum / ma ipse
potens coparte intelligibilis nō iuenit
coparte intellcus repugnācia q̄ possit
intellige distincte et pfecte quelz illor
et omnia illa / sz constat q̄ repugnācia
ē dicē / q̄ possit hoc facē pvna itellcōz /
ḡo nō repugnat anlo hrē a. Sz et
alia intellcōez / h' ante nō poss̄ eē si
itellco id' realit cū sba angli / ḡo est
actus / assūpta pbac̄ sp̄ pmo posite
itellcōnis / 2o cōfinitate itellcus an
gelici / 3o cōfinitate essencie angli
Cōpmo sic / intellige vnic̄ si esset rō
infinitor obor disspator icludet i
se eiet pfcōnes infinitor itellcōm
que nate essent ● heri rū illor / Sz
nō poss̄ cōtinē eminent u' ess̄ ipse
infinitū intensiē / quia ubi 1e itellcō
nes essent f̄ spāas rōnes ibi esset
infinite pfcōnes altius pfcōnis
p obā que pō sunt infinita esse
et disspata / ḡo v fiūt eminentiori mo
oz q̄ inveniat aliqua infinitas nō
cōtēsia / quia illa tollit vnitas actus /
ḡo intensiā q̄ ē impole. Sz cōsi.o
sic arguit / quior pt eē vnū itellige
ista pñt simul et intelligi / Sz itellcus
finitus nō pt simul itellige ifinita
obā disspata / quia maior vtutis
ē simul intellige plura disspata quā
pauca / ḡo infinite vtutis est simul
itellige et distincte infinita disspata
Sz 3o sic / vna intellcō requit vnum
obm pmū et vnā formale rōnem
obi nā / sz h' nō pt dari impposito / ḡo
etc. Pbo min.is / qz vnū obm u' pt
poni nisi eēncia angli / quia omnia
ponitur adinvicē disspata / sz h' nō pt
esse p dno / Pmo qz ad itelltu.e ab an
gelo ē infinitū / nulla aut finitū
pt eē rō intelligēdi pfcē obz ifinitū
Sz 2o quia u' pt esse rō cognoscēdi
plura altius rōnis u' eminenter
cōtineat omnia illa fm cognoscibi.te
et pmis f̄ entitate / ḡ nichil pt esse
pncipiū cognoscēdi infinita disspa
ta si essent / u' eminet cōtineat
infinita / et sic erit infinitū / q̄d' non
ponit de essencia angli / et 1a pbac̄ ē
pma p̄s minor: Sz 2a p̄s quamuis
sit concessa ab auicena quietc. cao
2o tamen adhuc pbac̄ / quia ulta itelli
gibilis nichil pducit u' itelligendo
et volendo / sz anglus ē huiusmodi / ḡo etc.
Et sic pbatū ē q̄ sba p̄t finalitur
anglus nichil pt creare. Sz 3o. p
batur pñcip.o q̄ nulla forma nīl
pt dari ab aliqua creatura / sic / for
que creatur pus ē nālit creatura
efficientē quā informarz matiaz
/ sz forma nīlis nō pt eē ab aliqua
creatura pus nālit quā iformarz
matiaz / ḡo etc. pbacō maioris / quia
si forma nō ē pus nālit quā in
formarz matiaz / ḡo nō capit eē a cā
sua nisi ista actōne qua sbz iforc̄
ab ea / sz ista informacō est mutacō
p̄pe dcā et nō creacō / qz etc. Pbacō
minoris / nulla creatura pt dare for.e
nīli esse pfectū / quia si poss̄ dare tale
esse poss̄ ipm cōfuare 1a ut realit
ipse subsisteret q̄ nō ē po.le / ḡo et c.
Ĩhis tamen nō obstantibus / dicēd' ē
q̄ quamuis nulli creature sit cōcessū
q̄ cet / tū nō apparz aliqua rō quare
nō cōcedens nō posset facē aliq̄
creaturā que possit aliq̄ producē
nullo supposito i q̄ agat / et qz tota
repugnācia que vr esse in creacō
ne cet / fundatur in duobus / Pmo vnū
ē / q̄ creacō vidē requirē infinitaz
poz intercante p ifinitā distanciā
entis cum ente. Ad ē q̄ ois actō
creature dz eē pmotū ul immediatū
que nullo suppoīt sbz / nō h' duo in
frigent p ordinē / pmo ḡo ondēt
q̄ nō ē ratū illud q̄ cat hrē vtute
infinitā p infinitā distanciā nō
entis ab ente / q̄ patz pmo / pbz q̄
cuius et nichil nō st' tū creacōnis / ut
patet coptedūti cōne / q̄ cum cacō
dicatur eē de nichilo / solū itelli
negative / quia nō ē de aliquo / u' c
in rōne sbi / u' c irōne tū. Cōpmo pt
formari talis rō q̄ quecunq̄ actō nō
h' sbz u' tz aquo sz solum effectū
pductum nisi effectus pductus f. ipse
arguat ifinitate vtutū pductiue
nō potuit arguere cōalquo q̄ sit in
actōne / quia nō est ibi aliud u' c sbz
nz ti neqz distancia tior / Sz cacō

9o pbata de anlo. 2a. 9o

est sic ut declaratum e(st) i q(uesti)one pre
denti. ergo etc. Effectus aut(em) creationis
si se no(n) extendit infinitam virtute(m) age(n)
tis tu(n)c ipse sit finitus ergo etc. Sed 2o quia
dato q(uod) ens et nichil essent ti(ermini) crea
tionis tamen nulla h(abe)nt inter se dista(n)
tia(m) sicut enim dicta et divisibilis non est
nisi entium inter se. ens enim non e(st) divi
sum neq(ue) dicens ab no(n) ente q(ui)a ide(m)
et divisum sunt dicte entis sic et dista(n)
tia non e(st) nisi entium et non entis ab
ente q(uod) patet in spali distancia q(ue)
e(st) p(er) locum celum enim non distat a nichil
ultra celum distantia localit(er) et pea
dem ratione non distant distancia for
mali quor(um) unum e(st) ens et al(iu)d n(ichi)l. 3o
quia dato q(uod) distent illa distancia
non esset infinita q(uod) p(ate)t dupl(iciter). Primo q(ui)a
illa distantia non e(st) infinita q(ua) e(st) dare
maiore(m) sed e(st) dare maiore(m) distantia(m)
qua(m) sit illa que est entis ab non ente
q(uod) pon(itur) ti(ermino)s creationis eo q(uod) non ens
q(uo)d implicat contradictione(m) multo plus distat
a b ente q(ui)a corpo(ra) vel p(ot)est fieri q(ui)a ergo
etc. Ite(m) p(ost)q(uam) vel a non eo sibi n(on) auget
vel minuit distancia(m) t(er)mino(rum) tu(n)c enim
distant adinvice(m) albedo et nigredo
si sunt separate sicut si essent i(n) s(u)bie(cto)
sed ens et nich(il) circa s(u)b(iectu)m suppositu(m) non
distant infinitum q(ui)a forma et p(ri)va
tio circa s(u)b(iectu)m se h(abe)nt ut ens et n(ichi)l quor(um)
distancia(m) abs(olu)te alii agens n(atur)ali actio(n)e
n(atur)ali ergo exclusio s(u)b(iect)o ens et nich(il) non
distant infinitu(m). Sed p(ro)pt(er) istud q(uod) non
est de r(ati)one actionis creature q(uod) sit
motus vel mutatio que supponit
s(u)b(iectu)m q(ui)a non min(us) e(st) p(ossibi)le deo separare
actus a s(u)b(iect)o dum p(ro)d(ucitu)r ab agente n(atur)ali
q(ua)m postq(uam) p(ro)ductu(m) est sed hoc e(st) possibile
q(uod) sit in sacro altaris ergo et p(ri)mo sed q(uod)
actus p(ro)ductus non ex s(u)b(iect)o n(on) nisi s(u)b(iect)o
ab agente n(atur)ali cooperante tam(en) deo
non ad p(ro)ductio(nem) sed ad tale(m) condiciona(m) rei
p(ro)ducte et p(ro) q(ua)nto p(ro)ducetur absq(ue) inni
tatione que s(u)b(iect)i requirit. Ad p(ri)ma(m)
r(ati)o(ne)m in op(positu)m dicendum e(st) q(uod) n(on) l(icet) tamen
p(ot)est contradici q(uod) agat nullo p(re)supposito
ex p(ar)te agentis. Sed enim est ip(s)e p(ri)mum age(n)
tis. Sed age(re) nullo p(re)supposito ex p(ar)te
s(u)b(iect)i p(ot)est contradici alii a p(ri)mo agente.
Ad p(ro)bationem dicendum e(st) q(uod) sed ordine(m)
n(atur)alis agens creatu(m) p(ar)te suppo(sit)
aliquid p(ro)ductu(m) p(er) agens n(atur)ale non

quia agit parte(m) tu(n)c deus qui n(ichi)l
supponit agat (in) t(antu)m partem. Sed quia for(tior)
rei actis de ad qua(m) sola p(ro)ducenda(m)
se extendit virtus talis agentis est
ordo vel op(er)atio que nulla virtute p(ot)est ee
nisi inordinata et corporali. Sed r(ati)o agens
n(atur)ale supponit m(ateri)am adeo p(ro)ducta(m) q(ui)a
agit p(er) solam forma(m) que e(st) p(er) alteratione(m)
p(ro) ne effectus p(ro)ductus sit p(er)fectior suo
p(ri)ncipio p(ro)ductio et io p(ot)est p(ro)duce(re) nisi
forma(m) que de novo sua est alterata p(er)
compositi sed ex h(oc) non sequitur q(uo)d deus
p(ro)duce(re) aliqua(m) creatura(m) p(er) unita(tem) istam
natur(am) que se toti agere p(ro)ducendo
aliquid ad s(ecundu)m se tot(um). Ad p(ri)m(um) d(icendum)
est p(er) interp(re)tatione(m) maioris q(ui)a c(ontr)a(ri)o
non h(abe)t ip(s)e t(er)minos ut supra p(ro)batu(m)
fuit vel si aliquo modo tollet q(uod) ens
et nichil sunt ti(ermini) creationis et t(ermin)os c(ontra)rios
tu(n)c non sunt ambo positiui nulla est
distancia ut supra fuit ostensum. Vel
si aliqua distancia illa non e(st) infinita
et quamvis h(oc) sunt sufficient(er) p(ro)batu(m)
ad maiore(m) enim t(ame)n nondum e(st) q(uod) q(ua)n(do)
extrema distancie sunt in e(ss)e tu(n)c
tanta e(st) distancia q(uan)ta e(st) q(uan)titas
medii interpositi sive sit q(uan)titas ex
tensiva sive intensiva ut patet in
distancia t(er)mino(rum) q(uan)titativo(rum) et in di
stancia qualitativa c(ontra)rio(rum) h(abe)ntiu(m) mediu(m)
sed q(ua)n(do) distancia e(st) inter extrema i(m)me
diata tu(n)c tanta e(st) p(re)cise distancia
ex t(er)mino(rum) q(ua)ntu(m) unu(m) extremu(m) e(st) maius
altero q(uod) patet q(ui)a v(bi) non mediu(m) int(er)
extrema nich(il) al(iu)d e(st) i(ll)a distancia nisi ex
cessus unius extremi sup(er) altero. Alt(er)
enim non p(ot)est i(n) infinitu(m) g(ratia) ens finitum
creatum non excedat i(n) infinitu(m) a(liud) ens
correspondens q(ui)a non exce(di)t nisi tanto
q(ua)ntu(m) ip(s)e e(st) p(ate)t q(uod) non e(st) i(ll)a distancia
infinita. Ex quo p(ate)t q(uod) illud quod
assumitur ad p(ro)batione(m) istius minoris
non e(st) veru(m). Sed q(uod) int(er) quodcu(m)q(ue) ens et n(ichi)l
g(ratia) correspondens sit tanta distancia
q(uod) non possit dari maior q(ui)a sit
est maior excessus dei vel totius
entis ad non d(ic)tu(m) vel ad totu(m) non ens
q(ua)m sit istius entis puta lapidis
ad non ens aut correspondens sit ma
ior e(st) distancia dei a non deo vel totius
entis a non ente q(ua)m sit h(uius) entis

puta lapidis quo ente est corrumpen-
te perfecte. Patet ad secundam confirmationem
eiusdem motivi: scilicet quod non est eadem distan-
cia inter omnia contradictoria, quia maior
distancia est inter deum et non deum, sicut
totum ens et nichil, quam sit inter ali-
quod ens creatum et nichil, et corrumpere.
Ad 3m est dicendum quod inter ens et nichil nulla
est proporcio, quia alterum est positivum et
alterum pure negativum. Et positivi ad non
positivum nulla est proporcio. Similiter nulla
est proporcio distantie que est inter duo
entia creata ad distanciam si qua sit
inter ens creatum et nichil, non propter iste
alicuius causam. Sed quia una est posi-
tiva contraria, posito altera non, sed unum op-
positum negativum. Ex ista autem improporcione
non sequitur quod virtus que potest super una
distancia sit proporcionabilis virtuti
que potest super aliam, ut patet per exemplum. Similiter
nulla est enim proporcio distantie inter
lumen et tenebras ad distanciam caloris
a frigiditate, cum tamen quelibet sit finita, et
eadem virtus solum potest super utramque, quia
aer de tenebris deducitur ad lumen
et frigiditate ad calorem. Ad 4tum est
dicendum quod non oportet quod illud quod producit
totam rem agat se toto. Sed sufficit
quod illud per quod agit contineat [illegible]
virtute omne illud quod producit. Concedendo
et maiorem, potest dici ad minorem quod deus potest
facere creaturam que se tota agit, primo
intelligere aliquam que non haberet in se
potentiam similem sed se tota esset actus et age-
ret. Nunc propter hoc esset actus purus, quamvis
non esset actus permixtus potentie que est
in ea. Ad ultimum dicendum quod actio que
est sine motu est idem quod ratio producto et
quod includit respectum ad producentem. Et ideo non
necesse quod requirat subiectum preter productum
nisi ratione producti. Et propter hoc quod agere
sine motu quicumque causatur non oportet
quod omnis actio eius supponat genus
[illegible] est operativa actionis ex qua
sola producitur ~~aliquid~~. Ad 6. sexto
est dicendum quod si agens instrumentale do-
tatur omne illud quod supponit aliquod
aliud agens. Sic omnis creatura in ac-
tu suo quantumcumque naturali est agens instrumenta-
le, quia supponit primam causam tam
initiativam esse et per quem manere, et
tale instrumentum non sic quod agat ut mo-

tum vel permotum, quia nunc angelus
movet quo mediante motu ad hoc ut agat.
Nunc tamen necesse est moveri, ut quidam dicunt,
ad hoc ut agat. Rursus agens naturale
non oportet quod disponat ad effectum ulterioris
agentis, alioquin omnem actionem
naturalem sequentem effectus qui esset
a primo agente, quod non est verum. Si non agens
instrumentale vocatur ~~[illegible]~~ solum id quod disponit
non existeret in actu nisi spirituali modo
sicut terra ipsius, sicut est in secundis, sic
est quod assumitur et tale agens non possit
creare huius actione, non oportet quod omnis
creatura sit instrumentum dei. Hoc modo
quia nunc est causa in actionibus naturalibus
ut dictum est. Ad 2nes per quas probatur
idem predicatorum [illegible] dupliciter respon-
dendum est. Et primo ad illa per que probatum
est quod angelus non possit creare, dicendum
quod nec maior probatur sufficienter, nec
minima non, quia aliquis actus perfectionis
exigitur ratione actionis que nunc est productiva,
sed neque principium formale productivum,
sed est virtus sive inclinatio principii
producti vel productionis et ratio producti, et
istud est in omni agente per cognitionem sem-
per parte, quia intelligere et velle solum que
ratio perexigunt ratio producto non sunt
productiones neque formalia principia
productiva. Sed unum eorum sicut intelligere
est directivum, aliud scilicet velle est inclinativum
seu applicativum principii activi ad a-
gendum, ut patet in actione que fit
per artem humanam, quia intelligere et velle
solum applicant membra corporis in quibus
est virtus seu potencia faciendi opera
artis. Et idem est in operibus naturalibus que
perexigunt cognitionem transit tamen in homine
quia in brutis, homo enim generat hominem
et equus equum per cognoscendo et appetendo.
Sed cognoscere et appetere non sunt generare
nunc principia formalia quibus fit generatio
sed sola applicatio activa passivis, et idem
esset de igne si generaret ignem per cogno-
scens et volens. Ex quibus patet quod non
omnis actus qui ratio perexigitur
ratio actionis est productio vel formale
productivum tamen. Sed est quoque actus directivus
vel inclinativus principii activi respectu
actionis. Et talis actus solum presen-
tement quid sit directivus et inclinativus
quod non sit spiritualis vel actualis, sed tamen

z variari pt / z sic patet q maior
proportio no est pbata : Ite nc minor
sufficienter pbatur / lz enim duas ptes
una cap angelus nichil pducit i
intelligendo volendo / z q concedit
alia e q intellige z velle angeli
natio sunt accidentia / z hoc no bene
pbatur / ymo ad eius pbatonem
sumitur unu manifeste falsum / vz
q no repugnat intellectui angelico di
stincte intellige quecumq intelligibilia
si intelligibilia essent infinita alterius
ronis / z adeo separata q nullum eorum
esset principium cognoscendi alterum / lz enim est
impossibile / quia aut essent p unica intellectionem /
aut plures / no p unam / quia tunc esset
infinita nc i pluribz dut / nc plures
quia ille essent intellectiones infinite intensive /
q nullum eorum esset ro intelligendi alterum
/ z sic essent tot intellectiones quot essent
intelligibilia / lz at no possit ee primo /
quia intelligendo unum p9 alterum dis
tincta intellectione nunquam poterit deve
niri ad infinitum actu / Sz dico / quia si = t
aliqua illarum intellectionum / esset infinita
/ quia tamen intellectiones sunt altius z altius
ronis / z ponens altius pfectionis si
esset intensive pfectius infinitum / esset de
venire ad aliquam intellectionem infinitam / q
semper procedendo augetur pfectio / z sic
impossibile e / unde sic infinitas pfe
ctionis repugnat enti / ut pbatum
fuit libro primo : . Sic repugnat cognoscere
si ad istud dicet / q no repugnat intellectui
angelico intellige omnia intelligibilia
diversarum ronum que sunt z ee possunt /
tamen talia sunt finita / q credendum esset
eis / lz no essent credd / qm hi posset si
p unam intellectionem / nam intellectus bea
tus vel angelicus videns deum videt
in ipso omnes res creatas z creabiles
quantum ad suas quiditates pfectionis ut
pbabitur libro secundo z in qq ba in
tellectus angelici vel humani e finita
/ unde ex sola finitate no pt suffi
cienter argui / q angelus no possit
intellige omnia intelligibilia naturalia
unica intellectione que sit sua substa
¶ Alia rone / p qua pbatur / quod
nulla forma materialis pt creari
ab aliqua creatura / consideratum e
p interceptione : . minoris / cuius

enim forma aquocumq pducta p9
ordinem nature e ad nisi e q unita
in equanis simul sunt : . ppt q vio
vel qpo supponit variabilia seu co
pabilia z no qo / nc pp hic pt forma
nihilis pse conpisse sine in vel sbo / q
nulla quarum unum e prius alio or
dine nc sunt inseparabilia durone
ut slz z sua passio / z omnia acci
que dixi inseparabilia

de actione et itencione creantis

Circa 2m principale quritur duo / p
primum e utrum deus agat ime
in omni actione creature / Sm e utrum
deo conveniat age pp finem : ¶ Ad primum
sic pcedit / z arguit quod deus agat
imediate i omni actione creature / quia
sicut se lz unitas ad constituendum
numeros i rone te nullis / sic se habz
deus ad creaturas in rone cause
agentis / Sz unitas imediate ad
nos constituit omnes nz pt binarius
que constituit pse ipsam / vel pse re
plicata / addita enim binario constituit
ternarium / z addita ternario constituit
quaternarium / z sic de omnibz / ergo si de
cum aliis agentibus imediate pdu
cit pse ipsum solum ¶ Item sicut se lz
esse ad agere ita age ad agere / sz creata
omnia no esse nisi deus imediate
adesset ei / ergo creatura ad no agere
nisi deus imediate coagere ¶ In
contrarium e / quia si deus imediate agere
omnia actio creature superflueret
/ z hoc autem e inconveniens / ergo etc ¶ Re
lictz unum supposituz z ad pmittit suppo
q cuiuslibet creature deo competat age / alio
quin ego no licet loqui / z de deo quidem
nulla e dubius / tamen demonstratum sit a
philosopho totum universum ee ab uno prio
q dicimus deum / de creatura autem
quidam aliquando putavit quod fecerit
/ q omnino nichil agat puta / q ignis
no calefaciat sz deus creat calorem
/ z sic de omnibus / tamen quia hec opinio tol
lit a rebus pprias operationes / tollit
z iudicium sensus quod comprimit causas rerum
in virtutem agendi / ideo nunc ab omnibus tam
quam improbabilis refutatur : ¶ Suppo
sito ergo deus creare agentem / quritur
utrum deus agat in omni actione crea
ture imediate / z dicunt aliqui q

sit / et hii insultant enim / quidam dicunt
quod tales effectus sunt adeo intimi sunt
esse a creatura / aut intimi sunt de ea
tamen esse / quod nituntur sic probare / intimus
rei totum esse sunt principium ab aliqua
creatura / sed adesse rei facit in quantum
a solo deo causatur / ad distinctionem
autem esse nichil facit materia sed solum
forma quam creatura impressit materia
illa induat / et hoc sic / deus creans iam
operatur immediate adesse rei creatura
quod deus forma adesse distinctum esse
aut est magis intimum rei quam ea per
formatur / unde remanet alius remo
ut tius unde dicunt prima ratione de causis / ergo
modum re deus est rei intimus et immedia
tius operans quam aliqua creatura. Tertio
conclusio / non videtur esse ad propositum / assumit
etiam falsum quod non sit ad propositum / patet quia
aliud est dicere quod deus producit immediate
aliquid quod est in creatura formaliter / que
est alia per substantie compositionem / quod utrumque unum
est / et hoc querit questio / aliud est dicere quod deus
producit immediate omne illud quod producit
creatura / tamen enim actio creature attin
git formam ut terminus sue actionis / et non
materiam ut primum dicunt / tamen usque ad
ipsam formam rei naturalis ad quam immediate
attingit actio creature attingit et
actio dei immediate / ipsi autem permittunt
primum et non secundum ut patet ex medio quod
adducunt / et ideo non est ad propositum / assumit
et falsum / quod enim dicunt quod esse est intimius
rei quam ea que non ipsam determinat / si in
telligatur quod esse in potentia sit intimius
rei quam esse in actu per determinationem falsum
est / sicut enim per formam quelibet res est unum
ens quod est privatione ut dicitur secundo physicorum / sic
esse actu est unius et intimum esse rei
quam esse in potentia / sic autem intelligitur quod esse
actuale in sua totalitate sumptum intimius
~~esse rei quam esse in potentia~~ est rei quam ea
per quam determinatur ad esse vel illud quod
est esse unius vel intellectuale / tamen veritatem
propositum / ut deesse patet / quia et non videtur unum quod
que penitus sunt idem unum non est in
timius rei / sed esse et determinatum esse in una
et eadem re / sicut in plantis sunt idem
re unum enim viventibus est esse / ergo
unum non est rei intimius quam alterum loquen
do realiter / sed ratione tamen esse in quantum intimius

est rei quam per [illegible] determinantes ipsam
et sic intellectum iam prius advenit et po
sterius recedit / separatur enim secundum rationem
ab aliis / quia quod ut ipsum legitur
precedere / sed ex hoc non potest sic / quod deus
immediatius operetur in omni re quam
aliqua creatura / primo non quod operetur
immediate / quia universalia non sunt
nisi secundum singularia / et ideo res non sunt
ab aliquo intimius sunt esse / nisi quia
sunt ab eodem intimi sunt determinati
esse / cum oppositum propter que post hoc opinio :·
Alii tenent eandem conclusionem / sed alio mo
do adducunt dicunt enim quod duo sunt genera
effectuum / quidam enim sunt solum a solo
deo creati / nullo cooperante ut angelus
vel celum / et tales effectus sunt a deo
immediate et totaliter .i. secundum omnem modum
et de istis non procedit questio / alii sunt
effectus causati secundum [illegible] et non solum dei
et de istis est questio / de quibus dicunt quod
sunt a deo toti immediate / non tamen
totaliter / hoc est non secundum omnem modum / quod de
clarant / quia ut dicunt / deus uniformiter
in omnibus rebus quantum est de se / quod to
ta diversitas in effectibus est ex diversitate
recipientium influentiam divinam propter
diversitatem suarum naturarum / et ideo effectus ex
ea parte que sunt ex causis secundis sunt
distinctorum et non ex parte dei / sic igitur
res intimi a deo sunt / quia talia non
distinguuntur / verbi gratia / In re vivere idem est
penitus unum et esse / et ideo totum est im
mediate a deo / et totum immediate a so
lo agente / sed non eodem modo / quia
ex parte ipsius esse non est distinctio in re
bus / sed per unum distinguitur una res
ab alia / propter quod deus dat esse et unum
sed solum sub ratione ipsius esse in quo
nichil distinguitur / creatura vero dat totum illud
sub ratione que est unum ex parte cuius est
in rebus distinctio / Contra hanc autem opinionem
videtur esse dictum [illegible] .ii. physicorum causa. de causis
sic / Ut dicit / quod effectus particularis reducitur
in causam particularem et universalis in
universalem / sed esse est universalissimus
effectus / ergo reduci debet reduci in causam
universalem que est deus / unum autem
cum sit effectus particularis debet reduci in cau
sam particularem / ut rationes effectuum

coincidant rationibus causarum : Ideo
illa opinio deficit in se et in sua ratione
quod cum dicit quod deus uniformiter agit
omnibus licet est diuersitas in rebus
non ex causis secundis sicut est quia secundum hoc
impossibile esset quod plura et distincta sic
venirent a deo sine causis secundis et ita
deus non posset diuersa creare quod est
falsum et contradicit primo dicto eorum scilicet quod effectus
qui sunt a solo deo sunt toti a deo
et totaliter hoc est secundum omnem modum quo
habent esse et uniuersum habet esse distinctum
Item semper uniformiter et nullo modo dif-
formiter est quod agentis naturalis et non
voluntarii dicere ergo quod deus semper quantum
est ex parte eius agat uniformiter et nullo
modo difformiter est idem ac si diceret quod deus
agit necessitate nature et non ex libera
voluntate quod falsum est : Ideo et per
probant suum propositum non valet quod enim
assumunt quod effectus particulares reducuntur
in causam particularem et uniuersalis in
uniuersalem et intelligendum est de per se
et uniuersali predicatione consimiliter ita
et effectu ut patet per exempla que ponit
ibidem philosophus ut statue quedam statuarium
faciens hec autem singularis quod sic non est ad
te statua et hec statua secundum rationem tamen sic
non reducuntur in causas diuersas nisi
tantum ratione quia sunt statuifica et
hec statuifica et generaliter impossibile cum esse et
vnum dicuntur in eodem solum ratione re-
duci dicunt dicunt solum in causas diuer-
tes ratione si quod scilicet solum est vna cau-
sa que dat esse et vnum immediate secundum
subdiuisis rationibus esse quidem tamen
ipa est eius actu et non ad solum ipso
vnum vero igitur est vnius actu et ad
vnius ipso semper enim quod tale impos-
sit a deo quod est actu tale et non ex quo esse
et vnum in eodem quod rationes eorum diuer-
tes reducuntur immediate in causas
realiter diuersas puta vnum in causam
secundum esse ad causam primam que est deus
9o Ideo dico est aliter quod ea que sunt a deo
medijs causis secundis non sunt a deo im-
mediate sicut ipse rationes horum videntur
sonare quod apparet primo sic si deus ageret
immediate ad productionem effectus se-
cundi ut cum ignis generat ignem etc. agit
eadem ratione qua creatura aut alia
non eadem probo primo quia illa per
se creatura sine speciali influxu dei
supposita conseruatione sue nature et sue v-
irtutis actiue quia actio que non ex-
cedit virtutem speciei agentis sufficienter
elicitur a sola virtute propria igitur ponere
aliud immediate elicientem eandem actionem
superfluum quia impossibile est eandem actionem numero
esse a duobus vel pluribus agentibus ita a quolibet
illa quorum sit immediate et perfecte non nisi
sit eadem virtus numero igitur impossibile est quod ea-
dem actio numero sit ab utroque immediate
et perfecte actio autem creature immediate est
a creatura et perfecte cum non excedat
virtutem sue speciei igitur eadem actio non
est immediate a deo : Maior de se patet
minor probatur Contingit enim quod eadem
actio numero sit a duobus et a quolibet
perfecte sed ab vno immediate ab alio me-
diate quia eandem actionem quam facit
causa proxima immediate facit eti-
am et remota perfecte quia tamen dat v-
irtutem cause proxime et data conseruat et hec est
mediate solum alio modo contingit eandem
actionem numero esse duorum immediate Sed
concurrentium perfecte ut cum duo trahunt nauem
vel due candele causant vnum lumen
quia concurrendo est perfecte trahens nauem
et concurrens candela perfecte est et perfecte illumina-
tio aeris in talibus enim duo agentia
et perfecta supplent vicem vnius agentis
perfecti si autem actio sit immediate et perfecte a quo-
libet non apparet modus possibilis nisi utrorumque
eorum sit idem principium vel eadem virtus numero
prout sic enim dicimus quod ydemptitas patris et filij
vna numero spiratione spirant spiritum sanctum
et quilibet perfecte quia in eis est vis spira-
tiua vna numero vera est igitur propositio maior scilicet
quod eadem actio non potest esse a duobus
vel pluribus ita quod a quolibet sit perfecte
et immediate nisi in eis sit eadem
virtus secundum numerum minor autem de se manifesta
est sequitur igitur quod scilicet quod deus ad effectum
cause secunde non agit immediate eadem
actione cum creatura : Item nec alia
quia aut vna illarum actionum prius
attingeret productum quam alia aut non
sed utraque simul non vna prius quam alia

puta actio dei prius quam actio creature,
quia si deus sua actione prius rem
totam produceret, tunc creatura per suam
actionem sequentem nichil faceret. Ergo
si actio creature precedit actionem dei,
non potest dici quod deus producat partem et crea-
tura partem, quia hic quilibet utrumque in-
idem quod producit creatura immediate
producit etiam deus immediate, prius
enim fuit ostensum quod inequalis creatura
nulli est adeo quod est adeo immediate, scilicet
materia. Item non utriusque actio simul
attingit productum, quia si hoc esset
altera superflueret cum una sufficiat ad
totum producendum. Respondeo: ille actiones
unum esse idem realiter cum sint terminus un-
ius et ab illis sumunt denominationem ipso. Licet
est ergo ad inveniendum eandem formam
nullo esse diversas actiones. Patet igitur
quod ea que producuntur per actionem creature
non producuntur adeo immediate, possit
tamen deus ea immediate producere
si vellet. Sed tunc creatura nichil ageret.
Tertio patet idem sic: ordo agentium corre-
spondet ordini finium, sed unius rei non possunt
adesse duos fines immediati et proximi,
ergo nec duo agentia. Nec forte suppleret
vicem unius agentis, sicut modo quo dicitur
est de trahentibus navem, quia tunc simul
possent esse duo immediati fines.
Ad primum autem dicendum est per receptionem
[illegible], non cum sui additione tamen
aliis minus causat minus, ymmo ipsa
sola sui replicatione causat omnem
numerum linealem. Sex enim non sunt tria et unum
sed semel [illegible] vi unitates, nunc ut
non habet aliam materiam quam unitates.
Est enim unus [illegible] multi[illegible] collata.
Et eodem modo deus omnia immediate
produceret si virtute producendi aliis non
communicasset. Ad secundum dicendum est quod non est
simile de esse et agere, quia esse entis
sic est, puta intelligentie vel corporis celestis,
est immediatus effectus cause prime, que
est causa eius immediata non in fieri
solum, sed etiam in permanendo in esse, et ideo tale
non esset nisi ei causa prima immediate
coexisteret. Sed agere cause secunde non est
immediatus effectus cause prime, et ideo non
oportet quod deus tali actione immediate

to agat, sed solum mediate, eo quod
de illa adiutorio cause secunde.
Ad secundum sic proceditur et arguitur quod deo
non competat agere propter finem, quia
omne agens propter finem videtur moveri
motu finis, cum moveat agentem eius
appetitum. Licet movet appetitum, ut dicitur
xii metaphysice et iii de anima. Sed deus agit
immobilis existens, ergo etc. Item si deus
agit propter finem, aut propter finem qui est ipse,
qui habito fine cessat actio propter finem;
deus autem semper se ipsum habet, ut sic
loquamur. Nunquam ergo propter se agit, nec
propter finem aliud a se, quia finis melior
est hiis que sunt ad finem. Deo autem
nichil potest esse melius, etc. In contrarium
est quod dicitur 2 metaphysice quod omnis intellectus
operatur aliquam causam, sed deus agit
per intellectum, ut patet ex [illegible] libro de
xxv; ergo operatur aliquam causam. Sed
hec causa est finis, scilicet cum [illegible] sit aliquid. Responsio.
Ideo dicit quidam quod deus agit propter
finem qui est sua bonitas, quod declaratur
sic: duplex est finis, finis operationis
et finis operantis, et differunt, quia operans
est quidem in alio quam in operante, sicut
finis edificationis est domus et ut
visibiliter finis operationis est res opera-
ta vel operatio [illegible] in operatore.
Finis autem operantis est illud quod principaliter
intendit operans, et est semper in opera-
te, sicut finis edificatoris non est domus
sed utilitas quam edificator intendit
ex ea. Istorum duorum finium primus re-
ducitur ad secundum. Finis enim operis que
res operata, ut domus ordinatur ad
finem operantis que est habitare in domo
vel aliquid tale. Ex hoc sic arguitur: quicumque
est finis operis vel est dare finem
operantis. Sed in omni actione divina tamen
secundum materiam ex parte et [illegible] sit
operis, scilicet res operata vel producta. Ergo
oportet quod sit ibi aliquis alius finis
operantis qui sit in ipso operante. Hic autem
non est in deo nisi sua bonitas, propter
quam agit quicquid agit, non ut ipsam
acquirat, sed ut communicet. Quod deus non
agit ex desiderio finis non habiti
sed ex amore finis habiti que vult

cinitati et publicati consutum est posse::
Sed aut videtur esse duplex defectus primus
de dyminatione quam ponit scilicet quod alius est
finis operis et alius operantis sed cum non
videtur quod finis operantis est finis operis ipsius
ut quedam res est puta sor. vel plato sed
non impossibile est inquantumque actione dare
fine operantis quia nec res operata vel
aliqua utilitas inde proveniens est id
ad quod sit ad finem ordinatur sor. vel plato sed
magis econverso res operata et utilitas inde
proveniens ordinatur ad sortem operantem
sic ad finem ut postea melius patebit::
Alio modo dicitur finis operantis qui est ipsius
inquantum operans et sic non potest esse
alius finis operis et operantis quia operans
non est operans nisi operatione nec operatio
est nisi alicuius operantis ergo quod est finis
operantis inquantum operans est et finis operis
vel operationis ratione cuius dicitur operans
et quod est finis operis est et finis operantis
et nunquam alius quoque et alius illius sed
unus et idem et si sunt plures utrumque est
finis operis et operantis ordine quodam
quia unus est principalis alius aut non
sed est finis sub fine ut patet in exemplo
adducto de domo et habitatione:: Tertio
aut dictum est intelligendum est de fine
per se, nam finis actus deus potest esse sic opa
tis sed est intentus ab operante quod nullo
modo est finis operis per se sicut avarus
et calumpniosus edificat domum in alio
solo ut perderet ad quod tamen operis finis se
non ordinatur sed solum contemptione opa
tis et solum potest esse in agentibus
appetito in agentibus potest est volun
tarie fine prestituto ad quem actio non
operatur per se ipse aut naturalibus non videtur
quod habeat locum:: Secundus defectus
videtur esse in principali conclusione que ponit
quod deus agit propter bonitatem suam ut
conceditur:: Quia idem non est finis
sui ipsius sed deus deducit contrarie
ei bonitatem sua est realiter unum et
idem producto cum effectus non solum
a deo sed et ab agente:: Aliquo tamen
nichil aliud est quia quedam quietatio
forme agentis ergo nec unum non est
finis alterius Tertio dicendum est ergo quod ista
questio potest intelligi dupliciter Uno modo
utrum deus agat propter finem qui sit finis
ipsius dei agentis Alio modo utrum

agat propter finem qui sit finis actionis
divine et rei producte per eam Primo modo
intelligendo conclusionem dico quod deus non
agit propter finem cuius ratio est quia finis
melior est hiis que sunt ad finem sed
deo nichil est melius ergo deus non
potest agere propter finem qui sit finis ipsius agen
tis:: Si aut intelligatur secundo modo sic
dicendum est quod deus agit propter finem qui
est sua bonitas que est finis omnis ac
tionis dei et rerum per eas productarum quod probatur
sic quod deus agat per voluntatem illud
quod est a deo propter aliud volitum est a deo propter
aliud productum sed omne aliud a deo est
ab ipso volitum propter aliud scilicet propter bonitatem
suam ergo quodlibet productum a deo est
ab ipso productum propter bonitatem suam
Minor patet sed maior probatur sic quia sic
se habet entitas divina ad intellectum divinum
sic sua bonitas ad voluntatem eius
sed obiectum per se intelligentis dei est sua en
titas sed cetera aliter non sunt in consequenti in ea
relucent et eam participant ergo obiectum
voluntatis divine per se est eius bonitas
tanquam propter se volita alia aut non
nisi propter eam et in ordine ad eam Sed
hic est unum dubium cum enim finis ultimus
sit propter se amatus oportet quod sit in bonum
volentis non bonum quod alii volumus quia
tale non amatur propter se sed propter illum cui tale
bonum volumus et sic cum creatura ametur
a deo non propter se sed propter bonitatem suam
oportet quod creatura quod sit bonum quod deus vult sue
bonitati sed aliquis quaeret sit verum non videtur
apparet quia nec creatura videtur cedere in bonum
dei:: Dicendum ad hoc quod aliquid est bonum
alterius dupliciter Uno modo formaliter sic
sanitas est bonum hominis et sic nichil
creatum potest esse bonum alterius non
formaliter:: Sed quia est signum bonitatis
formalis et sic honor dicitur esse bonum
honorati quia est signum reverentie que
debetur ratione bonitatis et hoc modo
quod creatura representet divinam bonitatem
creature sunt bonum a deo volitum
et sunt bonum ipsius modo quo dictum est::
Sic ergo deus agit quia quod agit propter finem
qui est sua bonitas et sic dictum est de deo
quod agit propter se sicut puto verum esse de homine
vel corpus quoniam producit partes quia omnes
res artificiales habet ratione hominis utiles
sicut scamnum est utile ad sedendum liber

ad sui defendendum arma ad protegendum
et sic de aliis. Ars enim est ad subve-
niendum defectibus nature, et ideo omnia
artificialia sunt propter aliquam utilitatem
qua homo ex eis consequitur. Bonum autem
utile non potest habere racionem ultimi finis,
sed semper ordinatur ad ultimum bonum.
Et ideo omnia artificialia similiter ordinantur
ad hominem, iuxta quod illud quod dicit philosophus
2 physicorum loquens de artificialibus, quod nos
sumus quodammodo finis omnium. Aliter tamen quam
deus, quia homo est factor artificiorum
ad supplendum suam indigenciam, deus
non factor est omnium propter suam condecenciam.
Iuxta quod est intelligendum quod cum deus
agat pro sua bonitate, tamen obiectum est bonum,
ita quod creatura vel productio creature
consideratur sub aliqua racione boni, non
sub racione boni utilis, quia bonorum
nostrorum non indiget. Bonum enim utile est
ad supplementum alicuius defectus, quem non
potest esse in deo, nec delectabilis, quia
bonum delectabile ut distinguitur contra
utile et honestum pertinet ad sensum, sed
a tota specie quod sit necessario debitum nec redimit quod
deus sibi reservavit secundum ad hoc quia
deus non est solum iudicabit de occultis
sed de manifestis nec solum de intentionibus
sed de actionibus sic ergo nichil derogatur
iudicio suo quo iudicabitur de manifestis
et actionibus propter hoc quod sunt nobis nota
sic nichil preiudicaret iudicio suo si vo-
litiones interiores essent omnibus note
immo communiter ut videtur dicunt doctores
quidem ponunt quod omnia dicta facta cogitata
bona et mala patebunt omnibus in iudicio
ad hoc ut dei iudicium appareat omnibus esse
iustum :· Alii non dicunt idem et latius secundum
occultius sed quod quilibet angelus videt
cogitationem et volitionem alterius non solum
quid sit et an sit sed de quo sit non tamen videlicet
de pluribus cogitatis quantum vel secundum quod quantum
cogitat de quolibet illorum maxime cum
ad obiecta variata nec de pluribus volitis
sciat ad quod magis afficiatur vel ad quod cogi-
tatum seu volitum magis attendat quod
ideo assignatur talis quanto species magis dis-
tat a re representata tanto minus efficaciter re-
putat eam nunc est ita quod species omnes in
mente angeli cognitis cogitationibus alterius

et mediante cogitatione item cogitatum
magis distat in representando re cogita-
tam ab angelo quam distet species per quam angelus
cogitat rem eandem ergo iste angelus
minus perfecte apprehendit illam rem quam
apprehendit mediante cogitatione alterius
quam iste alter apprehendit eam quia imme-
diatius secundum ipsam propriam speciem :· Sed
ista opinio non probat possibile quantum quam
ponit videlicet quod unus angelus videat
vel cognoscat cogitationem et volitionem
alterius quod sit et an sit et de quo sit nec
supponit probationem quam ponit precedens
opinio videlicet quod intellectio et volitio angeli
sunt quedam activa et ideo ab alio an-
gelo cognoscibilia nec probat suam cogni-
tionem videlicet quod unus angelus videns
cogitationem et affectionem alterius non videt
de pluribus cogitatis ab angelo alio
quantum vel secundum quod quantum cogitat de quolibet
illorum nec de pluribus volitis ad quod
eorum magis afficiatur vel attendat sed
solum probat quod unus angelus non
ita perfecte cognoscit cogitationem et affecti-
onem alterius et mediante cogitatione et
affectione res cogitatas et volitas sicut
ille alter angelus de quo non est multum
dubitandum :· Supposito si concederetur
quod angelus unus videt in intellectu
et voluntate alterius cogitationem et vo-
litionem eius necesse esset dicere quod cogno-
sceret de cogitatione de quo esset et utrum
esset affirmativa vel negativa vel
dubitativa et de volitione utrum esset
secundum electionem vel fugam maxime si po-
natur quod actus intelligendi differunt
specie secundum specificam differentiam obiectorum quia si
actus differant specie per differentias obiectorum cum
angelus cognoscit de qualibet actu an
sit et quid sit perfecte oportet quod cognoscat
obiectum de quo habet suum esse specificum et secundum hoc
cum actus simpliciter differat specie ab actu
composito et divisive et compositione affirmative necessario
est quod angelus cognoscat de actu co-
gitationis cuiuscumque sit an simplex
compositus vel divisus et de quo obiecto
vel de quibus obiectis :· Si autem aliquis
teneret quod omnes intellectiones hominis re-
spectu quorumcumque obiectorum esset unius speciei

ex eo quod proprius actus et propria perfectio alicuius potentie quemadmodum intelligere humanum est proprius actus et propria perfectio humane potentie non videtur posse plurificari secundum speciem tunc posset aliquando sustineri quod angelus non potest cognoscere de cogitationibus nostris utrum sint affirmative vel negative nec de volitionibus utrum secundum electionem vel fugam tamen ideo est quia inter duas formas speciales eiusdem potentie non videtur posse esse aliqua differentia nisi secundum intensionem et remissionem quemadmodum est in formis corporibus corporalibus quantitate extensive possunt inveniri plures accidentes ratione quantitatis corporee puta secundum magnitudinem et parvitatem figuratum sicut vel alias tamen in qualitatibus nulla videtur posse reperiri nisi secundum intensionem et remissionem [illegible] ideo non potest sufficere ad hoc quod unus actus cognoscatur tamquam affirmativus et alius tamquam negativus secundum solum quod prius actum apprehendit obiectum intensius et posterius quod palam ergo ex parte cogitationis vel intellectionis nullo modo potest cognoscere angelus de cogitatione alterius an sit affirmativa vel negativa et sic patet quod cogitationem mentis vel angeli nullus alius cognoscere potest quoad affirmationem vel negationem et per idem nec volitionem quantum ad electionem vel fugam quia quod est affirmatio et negatio in intellectu practico hoc est prosecutio et fuga in voluntate ut dicitur vi Ethicorum etc. Sed contra hoc obicitur quia secundum philosophum secundo de anima actus distinguuntur per obiecta ergo obiectorum differentium secundum speciem sunt actus intellectus differentes secundum speciem tamquam oppositum est assumptum. Et dicendum ad hoc quod quando philosophus dicit quod actus distinguuntur per obiecta intelligendum est de obiectis differentibus adeo etiam ratione obiecti secundum quam adequantur potentie ut sicut color distinguitur a sono sic videre ab audire et non de distinctione obiectorum quam habent subiective et formaliter ratione obiecti ut dicatur quod sicut albedo differt a nigredine specie sic differat visio albi a visione nigri secundum speciem quod patet quia sic actus utriusque eiusdem dicitur [illegible] in eodem textu constat autem quod potentia visiva que elicit actum videndi albedinem non differt specie a potentia visiva que elicit actum videndi nigredinem sed est una et eadem sed differt solum ab aliis potentiis quorum sunt obiecta differentia secundum adequatam rationem per quam respiciuntur a potentia et cetera. Sunt autem opiniones videlicet quod angelus non potest cognoscere de cogitationibus nostris si sunt affirmative vel negative dicatur vel nec de volitionibus nostris si sunt secundum prosecutionem vel fugam magis concordat communis doctrina et communis modus loquendi et plures auctoritates scripture secundum superficiem licet et tamen difficile est eam efficaciter probare modus enim probandi statim positus patitur calumpniam in suppositione illa quia dicit quod omnes actus intellectuales sunt unius speciei et ideo quod dicit quod inter formas speciales non est differentia nisi secundum intensionem et remissionem et primum quidem istorum potest rationabiliter sustineri secundum nullo modo est verum nec [illegible]. Si enim illud esset verum sequeretur quod potentes intellectores intelligerent eadem secundum primum intensius et parva remissius quod est manifeste falsum ergo opinio sit vera ipsa videlicet vel eius oppositum ad presens non decido sed video adduci utrumque partes. Ad primum quod dicitur quod intellectus unum sit quedam forma intellectus nostri cognita ab angelo non oportet tamen quod eius similitudinem ad obiectum secundum affirmationem vel negationem cognoscat tamen obiectum utrumque sit idem videlicet [illegible] unus affirmatur de altero vel negatur et intellectiones similes si sunt eiusdem speciei. Ad aliud in oppositum dicendum quod solus deus novit plene corda omnium hominum quantum ad omnes cogitationes et affectiones non solum presentes et preteritas sed et futuras quod nulli creature convenit. Mihi tamen probabile angelum nosse cogitationes et volitiones presentes secundum illos qui dicunt quod omnes differunt specie speciem et cetera

## Distinctio Nona

Post predicta sic est cognoscere. Angelus de eorum conditione et qualitate angelis hic nono determinat de eorum distinctione quantum ad ordines et officia et dividitur principaliter in duas partes. Primo determinat eorum distinctionem quantum ad ordines, secundo quantum ad officia, secunda ibi [illegible] et investigandum est. Prima est principalis [illegible] et dividitur in duas partes, primo determinat suam intentionem, secundo incidenter dicit et tangit quomodo homines assumuntur ad ordines angelorum, secunda ibi Notandum vero est. Prima iterum in tres partes dividitur, primo determinat ordinem distinctionis, secundo distinctionis

tempus / 3o distinctionis modum / Hic alibi. Iam nunc inquirere restat / 2a pars prima considerationi etc. Prima dividitur in quatuor partes: primo ponit intentionem suam inquirendi / 2o prosequitur in speciali tangendo angelorum distinctionem / 3o ponit nominationem eorum / 4o ponit quandam dictam obiectionem, ibi 2a pars, ibi Ubi considerandum est / 3a pars Hec nomina illis non pro se / 4a pars Et oritur questio. Hic predicta magister determinat incidentem quo homines assumuntur ad ordines angelorum / dividitur in duas partes: primo movet questionem et solvit, 2o incidenter adiungit quandam determinationem de numero hominum salvandorum tangendo diversos modos / 2a pars ibi Non enim sine numero etc. / Hic est divisio lectionis in generali :· In speciali sic procedit / primo ponit primo novem esse ordines angelorum / et dicit tres ternarios esse distinctos / et quemlibet ternarium constare tribus ordinibus / quorum tres sunt superiores seraphim cherubyn et throni / 3 sunt medii scilicet dominationes principatus et potestates / 3 vero inferiores scilicet virtutes archangeli angeli secundum doctrinam Dyonisii / Deinde ostendit quid est ordo dicens quod ordo est multitudo celestium qui inter se in aliquo gratie munere assimilantur et in naturalium donorum participatione conveniunt / quod patet per exempla quia seraphim dicuntur incendium ardore / cherubyn scientie plenitudine / et sic omnes qui sunt unius ordinis conveniunt in eo quod illi ordini proprium est / Postea dicit quod angelis non conveniunt non propter se sed propter nos scilicet ut nobis plenius nominationes innotescant / Nominantur autem singuli ordines a donis gratie que quamvis omnibus sunt communia non tamen equaliter omnibus conveniunt sed aliqui sublimius et perfectius hec dona aliis possident ut superiores ordines inferioribus / et quamvis omnia dona superiores habeant perfectius tamen superiores ex principalibus sortiuntur nomina relinquentes alia ad nominationem inferioribus, unde supremus ordo scilicet seraphim denominatur ab excellentiori dono scilicet caritate / Secundus vero post illum scilicet cherubim denominatur a scientia que post caritatem est donum excellentius et sic de aliis / Postea obicit quia hic quod dicit quod secundus ordo scilicet cherubyn est maioris scientie quam seraphim / et videtur quod isto seraphim non denominatur a scientia quia potiori dono pollent scilicet caritate. Deinde querit utrum creationis initio ordines sic fuerint distincti et probat primo quod sic quia angelus qui cecidit de maiori fuisse dicitur pre aliis et potestatibus alios scientia vel posse et secundos demones. Et querit utrum quod ordines denominentur a donis gratuitis que demones non habent, et videtur quod a casu non habent distinctiones ordinum sed habent diversitatem naturalium donorum et si hec recepissent diversa dona gratuita secundum que fuissent ordines distincti si perstitissent, et isto demones dicuntur cecidisse de aliquo ordine quia si perstitissent ad illos ordines pertinuissent. Postea querit utrum omnes angeli eiusdem ordinis sint equales, et licet quidam dicunt quod sic intelligit non dicit quod non quia sicut in ordine apostolorum et martirum quidam sunt aliis digniores ita est in ordine angelorum. Deinde querit cum homines assumuntur ad ordines angelorum cum non sicut etiam ix ordines angelorum quo dicitur ordo x est de hominibus, et videtur quod hic ibi dicit quod tot homines salvabuntur quot sunt angeli beati et aliorum salvandi tot quot possunt facere unum ordinem x. Ultimo dicit quod numerus salvandorum hominum erit iuxta numerum angelorum qui remanserunt et hoc probat per Gregorium, dicit tamen quod aliter visum est quod tot salvabuntur quot angeli corruerunt etc.

Circa distinctionem istam / primo queritur quid sit yerarchia / et videtur quod diffinitio data a Dyonisio data non sit bona / quia per intellectus non procedit de toto sed ordo est pars intellectus yerarchie ut in qua in qualibet yerarchia sunt duo ordines secundum Dyonisium / ergo non vere dicit quod yerarchia sit ordo. Item diffinitio non datur de partibus diversorum generum sed ordo scientia et actio que ponuntur in diffinitione yerarchie sunt diversorum generum ergo etc. In contrarium dicit beatus Dyonisius qui dicit yerarchia in [illegible] celesti yerarchie: Sit yerarchia est divinus ordo scientia et actio etc. Ideo ad videndum quid sit yerarchia considerandum est et est quid fundatur est adnotandum / quod licet omnes angeli veri

videant immediate divinam essentiam
in qua visione eorum beatitudo consistit
in scientia tum gratie et ea que circa nos age
rent ut reducamur ideo non mouentur
quibus deus eis reuelauit et deus illu
minant et quia ea adeo sunt ordinata
sunt ut dicit augustinus xiii ideo illumina
tiones angelorum de misteriis gratie et ceteris
que per eos circa nos diuinitus ordinata
sunt fieri ordine hunt nam quidam dicunt
immediate illuminant ut superiores
alii non medie medii quidam per superiores et
infimi per medios sicut enim est lex diuinitatis
ut dicit dyonisius infima per media ad sup
rema reduci et sic ordo reducendi diuinas
illuminationes quia ab uno originaliter
procedunt et dependent et ad unum ten
dit finaliter scilicet ut reducamur ideo vo
catur ierarchia sicut est sacer principatus
qui est sacer et sacros qui est princeps quia sacer
primatus est cum principatus multi
ordinata sub uno principe propter finem
quem intendit princeps et ideo sacer princi
patus vel ierarchia est ordo bonorum
spirituum subditorum in recipiendo diuinas
illuminationes ab ipso ut reducantur
ideo patet quid sit ierarchia et super quid
fundatur ex quo patet per omnes quod diffinitio
data a dyonisio est satis competens non quod ex
positione indiget est autem sic diffinitio
ierarchia est diuinus ordo scientia et actio dei
forme quantum possibile est similans et ad imi
tans diuinitus illuminationes proportionaliter
dei similitudinem ascendens ac si diceret
ierarchia est diuinus ordo id est multitudo
celestium spirituum secundum diuinam potestatem diuinitus or
dinata et distincta scientia et actio dei forme
quantum possibile est simulans id est per sciam et ac
tionem tendentium quantum possunt ad dei
similitudinem sicut aliqui solum illuminant
ut inferiores alii non illuminant et illuminat
ut superiores et sic assimilantur deo per
finis quia per sit per finis assimilatur
soli luna que lumen recipit et suf
fundit quam aer qui solum recipit sed non
circumfundit ideo quo ad primos dicit dei
forme quantum possibile est simulans sed quo

ad alios subdit et ad imitans et cetera
et nos quamuis sic diffinitio sit exposita
sit competens patet quia continet enim quod per
tinet ad omnem principatus in principatu
enim est unus finis quem princeps intendit
et adque consequendum requirit diuersi
tas officiorum et scientia dirigens in exequendo
et actio perficiens que omnia tangunt
in diffinitione ierarchie que sacer principatus
dicit potestas seu diuersitas officiorum quod dicit di
ordo scientia dirigens et actio perficiens ut
subditur scientia et actio finis intentus
quod dicit dei forme et cetera unde hugo expo
nens hanc diffinitionem dicit ierarchia
est ordo diuinus id est potestas adeo ordinata
scientia qua quod faciendum sit intelligant
et actio qua quod intellexerunt agendum
perficiant in ordine perficiant officium
in scientia distinctio in actione inutilis sit
sine ordine actio est presumptio sine ac
tione negligentia ordo est sine scientia
vero et actio est reprehensibilis et ordo in
utilis patet ergo quid sit ierarchia et super
quid fundatur ex quo concludit quod angeli
et homines et loquor de viatoribus non
includunt in diuersas ierarchias quod ierarchia
fundetur super receptione illuminationum
diuinarum illa non pertinet ad eandem ierarchiam
que non possunt eodem modo diuinas illumina
tiones recipere sicut ille ciuitates non
pertinent ad eundem principatum que non
possunt sub sunt eodem modo sensus
easdem leges et consuetudines gubernat
tioni principis sed angeli et homines non
possunt eodem modo recipere diuinas illumina
tiones ergo et cetera minor patet et minor proba
tur angeli recipiunt diuinas illuminationes
in intellectuali puritate homines non sub
similibus in sensibilium ut patet in sa
cramentis ecclesie et figuris scripture unde
dyonisius i c ce celestis ierarchie dicit quod i
possibile est nobis super lucere diuinum radium
ni varietate sacrorum velaminum circumve
latum et cetera adarum primum dicit quod ordo
potest dicit similitudinem diuersarum personarum
in eodem officio et sic est pars ierarchie ut per
dicit de ipsa alii non dicit similitudinem
diuersorum similitudine officiorum ad inuicem
et sic est idem quod ordinatio et est superius

ad hierarchiam et perficit de ipsa. Ad aliud dicendum quod illud quod non est unum per se sed solum ratione ordinis potest notificari per res diversorum generum, talis est hierarchia, ideo etc.

Secundo queritur utrum homines assumantur ad ordines angelorum. Videtur quod non, quia quecumque differunt in hierarchia differunt in ordine, sed homines et angeli differunt in hierarchia ut superius probatum est, ergo etc. Item plus distat natura hominum a natura angelorum quam natura unius angeli in natura altius, sed angelus inferioris ordinis nunquam assumitur ad ordinem superioris, ergo etc.

Contrarium est quod dicit Gregorius in omelia xxxiiii: promittitur hominibus quod erunt sicut angeli dei in celis. Hic homines assumi ad ordines angelorum potest intelligi dupliciter: uno modo quantum ad equalitatem officii, alio modo quantum ad equalitatem premii. Primo modo nunquam assumuntur homines ad ordines angelorum, quia actus et officia ordinum sunt purgare, illuminare et perficere, custodire et nuntiare. Homines autem non conveniunt secundum statum presentem et viventem nisi modo quodam a nobis bonorum secundum communem legem, licet aliqui ex divina dispensatione quandoque revelaverunt et nuntiaverunt aliqua viventibus, sed privilegia paucorum non faciunt legem communem, ideo etc. Causa autem huius forte est quia actus et officia ordinum angelorum circa nos respiciunt secundum gradum nature et gratie que sunt inter nos et deum, ut declarabitur infra xi d. Si non intelligatur de equalitate premii, dicendum quod non omnes homines boni assumuntur ad talem equalitatem, puta pueri baptizati morientes antequam habent usum liberi arbitrii. Cuius ratio est quia plus potest gratia cum actu meritorio quam gratia sola, sed pueris decedentibus post baptismum ante usum liberi arbitrii debebitur gloria pro sola gratia quam in baptismo receperunt, angelis autem redditur gloria pro gratia cum actu meritorio, quia suam beatitudinem meruerunt ut dictum fuit primo; ergo amplior gloria est in quocumque angelo quam in pueris baptisatis decedentibus antequam aliquid meruerunt pacto premium. Item secundum magistrum sententiarum et alios doctores angelis data est gratia secundum proportionem suorum naturalium. Credibile autem est quod pueris in baptismo secundum communem legem detur gratia secundum proportionem naturalium, quia ex parte corporis non est aliqua differentia sed est equalis capacitas nature. Sed natura angelica excedit humanam. Verisimile ergo quod gratia data angelis in sua creatione excedat gratiam que communiter datur pueris in baptismo. Per consequens vero ad solam gratiam adhibebitur quod pueri morientes non pertingunt ad equalem gloriam cum minimo angelo.

Nec istud est contra beatum Gregorium, quia ipse non dicit quod homines omnes ascendant ad aliquem de ordinibus angelorum, sed quod ad singulos ordines angelorum aut qui de hominibus assumuntur, quod est verum de illis qui propriis meritis talem gradum sibi acquisierunt. Iuxta quod est intelligendum quod nullus homo pervenit actu meritorio ut sibi acquirere tale gradum quale quibus angelus optinuit pervenientem meritum, quia supposita equali gratia quantitas meriti attenditur secundum quantitatem intensionis actus voluntatis per amorem boni et detestationem mali, sed ista intensio fuit maior in angelo in quo fuit secundum totum conatum nature sue, ut dictum fuit primo libro d. xviii, quam possit esse in homine qui est inferioris nature et in quo appetitus sensitivus retrahit a bono appetitum rationalem; ergo ut videtur homo pervenit actum non potest meritum quantum meruit angelus, nec per consequens habet eundem gradum premii sicut angelus. Propter quod oportet quod homines pervenientes ad equalitatem premii cum angelis mereantur per plures actus, ex quorum multiplicatione augeatur in eis gratia et multum amplioris glorie, et ita oportet multiplicari in hominibus actus meritorios quod non possunt solum attingere equale premium cum angelis sed sic excedere sicut etiam de beata virgine. De expositione non est dubium quod sit verior omni angelo et fuit ab instanti sue conceptionis qui non accepit formam admissionis, exponendo ut alibi expositum est.

Ad primum argumentum patet solutio per ea que dicta sunt.

officiorum secundum que actus sacri accidunt
et secundum que angeli in ordinibus ierarchie
collocantur :· Ad hoc dicendum quod angelus
inferioris ordinis nunquam elevatur ad
superiorem ordinem nec quantum ad officium
nec quantum ad premium quia gradus
officiorum sunt inbuti propter gradus
naturalium que non inmutantur et gradus pre
miorum secundum gradus precedentium meritorum
quia in angelis non agitur nec competit
gratia que est radix merendi nec est multi
plicatione actuum secundum quod est in viato
ribus ut dictum est etc. Dis. decima.

Hoc etiam investigandum est utrum
det· in hac xª distinctione angelorum
quantum ad ordines secundum non determinat
de eis quantum ad officium et dicitur in .2. primo
determinat de eis quantum ad officia dig
niora que sunt assistere et ministrare
secundo quantum ad officia inferiora sicut
est custodire secundo incipit Superius vero dictum ibi
Illud quoque sciendum est :· Prima dividitur
in tres primo movet questionem suam et tan
git circa eam unam opinionem secundo
tangit aliam 3º tangit 3am secunda ibi
Cuius obicitur 3a nunc ibi Alii vero
dicunt Secunda istarum dividitur in tres primo
tangit opinionem secundo movet contra eam
obiectionem et solvit 3º docet secundum cer
titudinem adiciam secunda ibi Sed dicitur quod
3a ibi Certum autem omnes angelos esse
sima lt inequali :· Iuxta primam vero sic
procedit magister et ponit primo questionem
utrum omnes angeli ad exteriora nun
cianda mittantur et dicunt quidam quod
non omnes angeli mittuntur quia su
periores semper adeo assistunt et hoc con
firmat auctoritatibus :· Postea ponit secundam
opinionem dicentium omnes mitti quia
seraphim missus legitur ad Ysayam et ipse
filius dei ad nos missus est et hanc
opinionem confirmat auctoritate apostoli post
obicit quod scilicet si ergo omnes mittuntur ergo
debent dici angeli et videtur quod angeli
proprie dicuntur qui committuntur qui mittuntur
angelorum nomen susceperunt secundum illud quod
facis angelos tuos etc. Ad hoc circa
tertium ad huius confirmationem determinat

de nominibus quorundam spirituum et dicit quod
secundum istos michael gabriel raphael de superiori
ordine sunt :· Unde sunt nomina
spirituum quorum nominum interpretationem tangit
Alii tamen dicunt quod nomina sunt propria
officiorum :· Unde quia raphael interpretatur
medicina dei quilibet qui ad medendum
mittitur potest dici raphael similiter in aliis
subdit et huius simile in demonibus
in quibus quedam nomina sunt non uni
tantum secundum pluribus convenientia ut nomen
dyabolus nomen belial quorum nominum interpreta
tionem tangit multa :· Postea secundum
istam opinionem solvit auctoritates contrarias
dicens quod superiores dicuntur assistere quia
raro mittuntur et tamen mittuntur propter hoc ab ip
sis divina principia non recedunt secundum eius
contemplationem semper assistunt quamvis
faciunt qui sepe mittuntur :· Postea
tangit opinionem dicentium 3 supremos
ordines semper assistere et nunquam mitti
ad exteriora Inferiores tamen mitti me
dios vero 3 ordines dicunt assistere et mit
ti propter tamen mitti actus requirit superio
res medios illuminant et medii inferio
res illuminant sicut superiores medios
initiant et medii infimos ideo superio
res dicuntur angeli de illo autem quod missus
fuit ad Ysayam dicunt quod iste non fuit proprie
seraphim secundum quia ad mundandum peccata ve
niebant seraphim nomen accepit et hoc con
firmat etc.

Circa x· distinctionem queruntur duo·
Primum est utrum omnes angeli mit
tantur in ministerium Secundum est an omnes
assistant ¶ Ad primum sic proceditur et videtur
quod omnes regulariter mittantur quia si non
omnes mitterentur secundum tamen inferiores cum
quilibet habeat inferiorem se excepto
ultimo preterea quod omnes angeli sunt
inequales nullus mitteretur nisi unus
qui est omnium ultimus hoc autem est inconveniens
ergo etc.:· Item persone sunt divine
nobiliores quibuscumque angelis secundum
persone divine mittuntur ut filius et spiritus
sanctus patet ex primo libro ergo etc.:· In contrarium quod dicitur
glossa Et hec ultra quod superiora agmina
ab intimis nunquam recedunt quam

ea que pertinet ad suum exterior officii m
quam habet. Pro sicut missio divine persone
est eius processio ad sanctificandum creaturam
ut dictum fuit li° primo. Sic angelus dicitur mitti
ex imperio divino ad ea que nos facit vel minis-
trat vel revelando vel aliquid huius operando.
Est autem una opinio quod ad hoc faciendum
mittuntur omnes sed inferiores frequentius et quasi
ex officio superiores vero rarius et quasi ex dispen-
satione quam opinione recitat magister et tenet.
Multa confirmatur autem tali ratione ex ordine
divinitus instituto inferiora administrantur per superio-
ra tam in corporalibus quam in spiritualibus sed
non obstante quod in corporalibus inferiora admi-
nistrantur per superiora regulariter secundum cursum
naturalem tamen hic ordo quandoque pretermittitur ex divina
dispensatione sicut fuit in resuscitatione La-
zari et illuminatione ceci que non fuit facta me-
diatione corporum celestium. Ergo similiter quamvis in spi-
ritualibus illuminationes divine non veniant
regulariter ad nos nisi mediantibus angelis
qui sunt medii inter nos et deum nec a su-
premis nisi per medios tamen ex divina dispen-
satione contingit quandoque hunc ordinem preter-
mitti propter excellentiam ministerii quod nunciatur sicut
forte fuit de annunciatione conceptionis Christi.
Creditur enim Gabriel fuisse de supremis an-
gelis non de mediis aut infimis. Huic
autem opinioni obviant aliqui. Quia ordo non
legitur pretermissus nisi propter ordinem gratie qui
est superior. Resuscitatio enim Lazari et illumina-
tio ceci nati et alia miracula in quibus ordo
nec lege pretermissus fuit quia quedam ar-
gumenta probantia fidem ordo autem gratie non
habet superiorem ordinem ipsum quandoque pretermitti de-
beat nunquam igitur pretermittitur. Cum igitur an-
gelicus ordo sit secundum dona gratie nunquam
preter mitti debent. Et ad hoc si pretermitteretur
hic esset frustra quia a nobis percipi non
posset nec enim angelos novimus ut sciamus
de illo qui ad nunciat si est supremus medius
vel infimus. Cum ergo inmittatur sic scribitur
secundum istos. Dicunt enim quod proprietates angelorum
ex eorum nominibus manifestas ut dicit
Dyo. vii ca. celestis yerarchie et ideo angeli il-
lorum ordinum ad exterius ministerium mittuntur
ex quorum nominibus aliqua executio datur
intelligi. In nomine autem dominationum non
importatur aliqua executio sed sola dispo-
sitio et imperium de exequendis sed de in nominibus
inferiorum ordinum intelligitur aliqua executio
nam angeli et archangeli de nominantur ad denun-
ciandum virtutes et potestates similiter dicunt per ipsum
ad operationem. Potestas enim est principium

cuiusdam dicitur actiua virtus non est ultimum depo-
situm operis ut dicit philosophus primo celi et mundi princi-
pis ibi est ut dicit Gregorius inter alios opera-
tores priorem deputatum propter quod dicunt quod ad hos
quinque ordines pertinet ad exterius mi-
nisterium mitti non autem ad quatuor superiores.
Cum vellet prima opinione tenere que
est satis rationabilis quia obviatores non
videntur cogere quia secundum istos ordo nature
permitti dicit quandoque propter ordinem gratie secundum quod an-
geli nos custodiant nisi quod nobis ali-
qua nunciant magis competit eis or-
dine nature quod sunt medii inter nos et deum quam
ex ordine gratie ut ipsimet dicunt quod cum a
bus sanctorum que ad equalitatem an-
gelorum quantum ad gratiam et gloriam pro-
veniunt hoc non competit secundum legem quem
ergo hic ordo intimitti potest si hoc competit
ordini gratie contingunt autem ut sic infima
nunciantur per infimos sicut nunciantur
media per medios et suprema per sup-
remos quod et ipsi dicunt quantum ad aliquid scilicet
quod superiores mittuntur ad altiora ministeria
inferiores vero ad inferiora ministeria.
Est etiam alia utilitas huius nunciationis
non quando ut sciamus de angelo qui
nunciat sicut supremus medius vel in-
fimus sic cognoscebatur secundum ut misteria gratie
convenientius et ordinatius compleat
nec enim decet regem magna per istos
nunciare. Item cum omnes ordines
subordinationes mittuntur in ministerium ut
ipsi dicunt clarum est quod cum virtutes potestates
principatus nisi archangeli mittuntur
virtus ordo intimitti nam inter nos
et virtutes medii sunt quatuor ordines
qui intimittuntur cum virtutes hoc ad
faciunt et sic est de aliis usque ad an-
gelos suo modo. Item licet Christus secundum
humanam naturam fuit minor angelis
in gradu nature fuit tamen maior in
dono gratie maxime quantum ad gratiam
unionis secundum quam est dominus angelorum et
quantum ad gloriam fruitionis quam in
instanti sue conceptionis plenissime
habuit quod hoc indignum est si angelus qui
ex precepto domini angelorum tempore pas-
sionis missus fuit ut dicitur Luce xxii
fuit de supremis convenientius cum hoc

vt quia q fuit demens tu infimis
: Ad primum autem dicendum q omnes an li
quos inferiorum ordinum mittuntur reguli
maiores quidem ad maiora, inferiores
vero et minores ad minora. Sed angeli
quinque superiorum ordinum non mittuntur nisi raro
et dispensatiue :· Ad secundum dicendum q non
est simile de personis diuinis et superioribus
angelis quamuis persone diuine sint ex-
cellentiores quia effectus secundum quos di-
cuntur mitti persone diuine non possunt
esse a creatura sed omnia ministeria angelorum
possunt per inferiores angelos
quinque ordinum compleri :· Ad tertium
ergo dicendum q intelligenda est quilibet
fuerit dispensatiue tamen quamuis sit gratia

Ad secundum sic proceditur vt q omnes
angeli assistant quia omnes sunt
ministrantes vel assistentes sed ministrantes
omnes sunt assistentes ergo omnes semper
assistunt. Preterea ymnus Raphael ei
qui fuit missus in ministerium Thobie dixit
Thobie xii Ego sum vnus ex septem
qui astamus coram Deo eadem ratione est de aliis
in ministerium missis ergo etc :· In contrarium est quia
scriptura vbi distinguit inter assistentes
et ministrantes Danielis vii Milia milium
ministrabant ei et decies millies centena
millia assistebant ei :· Respondeo assistere
Deo autem est sicut dicunt per tempus quomodo
assistunt regi omnes seruientes parata
esse autem est facere eius mandata quomodo
assistunt regi soli secretarii primo modo
omnes angeli assistunt Deo quia beati-
tudo consistit essentialiter vel saltem regi
tractio actu intellectus sed actus intellectus
non est sine beatitudine obiectum essentialiter
perfectum :· Si secundo modo accipiatur assistere
Deo scilicet facere eius mandata accipitur
gratia et sic adhuc omnes angeli beati
assistunt quia de ministris que ad
reuelantur nullus scit vnus q nesciat
alter sicut enim agentia corporalia bonita-
tem quam a Deo receperunt aliis com-
municant quam potest esse et multo magis
sancti angeli qui sunt plenissima
participatione bonitatis diuine quod quidem
a Deo perceperunt fratribus perceperunt duos

xv ca° celestis ierarchie dicit q vnusquisque cele-
stis essentia intellectualis sibi a superiori da-
tum inferiori communicat :· Si vero accipiatur
assistere Deo magis specialiter scilicet pro eo q est
scire eius intentionem in mente sic non omnes
angeli beati assistunt sed illi soli qui im-
mediate a Deo illuminantur et secundum hoc ordo domina-
tionum non est de assistentibus cum pertineat
ad secundam ierarchiam angeli autem huius ierarchie
illuminantur ab angelis prime ierarchie
et ideo forte q dicitur q omnes assistunt
secundum eorum quidem assistunt et ministrant vero
alii vero non sed solum assistunt et sic
intelligenda est distinctio scripture ad tertium
secundo ex dictis etc **Dis. vndecima.**

Illud quoque sciendum est huius decime
de officiis angelorum dignioribus sed
decima de officio inferiori q est custodie
et diuiditur in duas partes primo determinat
de ipso officio secundo de effectu officii consequen-
te ibi Preterea illud considerari oportet prima
diuiditur in partes duas primo ponit suam
intentionem secundo mouet quandam questionem et ipsam
prosequendo determinat ibi Solet etiam queri Secunda
pars principalis in qua determinat effectum
quem diuiditur in tres primo mouet questionem
et tangit circa eam opinionem :· Secundo tan-
git aliam opinionem tertio elicit alteram istarum
et nititur improbare vnam ex positis ibi
Alii autem dicunt tertia ibi Illud vero quidam
prima istarum diuiditur in tres primo tangit
opinionem :· secundo rationem opinionis confirmationem
tertio illa mouet quandam questionem et soluit
secunda ibi Et q angeli proficiant tertia ibi
Sed et Circa istam partem principalem sic proceditur Magister primo
ponit q vnaquaque anima vnum angelum
habet bonum ad custodiam suam deputatum
et malum ad suum exercitium q autem boni
consinat :· Postea querit vtrum quilibet
homo habeat vnum angelum et custodem
suum an vnus angelus plures custo-
diat et opponit ad hoc dicens q non videtur
vnus angelus bonus vnius tantum esse
custos quia cum boni homines et electi
sint tot quot angeli boni non possunt
esse q boni homines et mali singuli
habeant singulos angelos bonos ad
sui custodiam :· Item cum tot sint electi

quit quidem vt hic est
summa et dicitur singulari

quot angeli boni et angeli boni plures
sunt quam mali plures quod sunt homines
mali quam boni quemeis est plures esse
homines bonos quam mali sunt angeli
et plures est omnes homines quam sunt
boni vel mali angeli ex quo concludit
unum bonum angelum plures custodire
sicut unus homo comittitur custodia multorum
et unum malum angelum pluribus depu
tatum ad exercitium sive eodem tempore sive in
diversis quod dicit propter homines quia forte
verum est ut quidam dicunt quod omnes homines
existentes in hac vita eodem tempore habeat
singulos angelos ad custodiam vel ad exer
citium deputatos. Secundo postea querit utrum
boni angeli in merito vel in premio proficiant
proficiant tangit et ita bene opinionem contra
ponentem quod merentur per obsequium quod nobis
impendunt et sic proficiunt in merito et proficit
et in premio scilicet in cognitione et dilectione dei
quia magis ac magis ipsum cognoscunt
et diligunt postea probat quod in cognitione
proficiant ipsi angeli probatur quod non plene
cognoverunt misterium incarnationis usque post
passionem et apostolorum predicationem postea
obicit in contrarium parvitur. Augustinus secundum modum expo
nit sic et dicit quod angeli maiores proficiunt
secundum solum in cognitione quorundam in ex
teriorum :- Ultimus approbat predictam opinionem
et quia quedam auctoritates videntur dicere contra
quod dicunt omnia scire exponit ea et patet
expositio in littera etc.

Circa distinctionem istam queritur de tribus
principaliter primum est de custodia hominum
per angelos secundum est de locutione angelorum
tertium est de declinatione unius angeli per alium
Circa primum quantum ad primum queritur utrum quilibet homo
ab initio sue nativitatis usque ad terminum
vite sue habeat angelum ad suam cus
todiam deputatum et arguitur quod non quia
deus est fortior custos et firmior supplevit
secundum homines custodivit adeo qui est po
tentissimus ergo superflue haberent angelos
custodem. Item custodia angelorum
circa homines est ut per eos dirigantur homi
nes ad salutem secundum illud quod dicit apostolus
ad Hebreos primo omnes sunt admini
stratorii spiritus propter eos qui hereditatem capiunt

salutis :- Sed homines non sunt capa
ces salutis antequam sunt baptizati
ergo ante baptismum non habent custodiam angelorum.
Item Christus fuit beatus ab instanti
sue conceptionis sed beati non custodiuntur
ab angelis ergo Christus non habuit angelum
custodem. In contrarium est quod dicitur in psalmo
angelis suis deus mandavit de te
ut custodiant te in omnibus viis tuis.
Item Ieronimus super illud Matthei xviii angeli
eorum in celis semper vident faciem
patris dicit magna est dignitas animarum
ut una queque habeat ab exordio nativitatis
angelum ad sui custodiam deputatum :-
Ergo ista questio duo implicat primum
est de custodia hominum per angelos secundum est
de tempore quo predicta custodia incipit :-
Circa primum ad primum rationabiliter ponitur quod
homines custodiantur per angelos bonos
quia secundum Dyonisium lex divinitatis est quod infi
ma reducantur ad suprema per media secundum angeli
sunt medii inter deum et homines et
ideo rationabile est quod homines reducantur
in deum in eius cognitione et dilectione cuius
beatitudo consistit principaliter seu adiu
torium hominum autem vel ministerium seu adiutorium con
sistit in instigatione ad bonum que fit
invisibiliter per angelos dum illuminant
homines ad bene agendum et in re
pressione malorum angelorum ne noce
ant hominibus quantum vellent sive temp
tando sive corporaliter affligendo :-
Circa secundum ad secundum tenetur communiter quod angeli
deputantur ad custodiam hominum a tempore
nativitatis usque ad horam mortis
inclusive et rationabiliter quia constituti
in via periculosa indigent custodia
secundum homines ab hora nativitatis usque ad
horam mortis sunt constituti in via
tendentes ad patriam in qua quidem via
multa pericula eis imminent tam ab
interiori quam ab exteriori secundum illud psalmi
in via hac qua ambulabam abscon
derunt laqueum michi. Qui autem perve
niunt ad terminum per mortem sunt extra omne
periculum si sunt boni vel irreparabiliter
perierunt si sunt mali et ideo homines
a nativitate usque ad mortem indigent

angelorum custodia, et non prius nec po-
stea, nisi forte dicatur, quod primum post-
quam in utero matris animatur indiget
predicta custodia, quia quamvis sit
coniunctum quia proximo statim potest esse ca-
ro unde cum matre saltem per quandam
colligationem sicut fructus pendens
in arbore est aliquid in arboris ideo
habet eundem angelum custodem quem habet
mater. Ad primum autem dicendum quod cu-
stodia hominum per angelos non superfluit
quamvis homines custodiantur per deum,
quia neque custodia cogit liberum
arbitrium hominis nec initiat quin pos-
sit in animari libere ad bonum et ad ma-
lum sed solum adiuvat interiori sug-
gestione et remotione impedimentorum
que sive fiant per deum sive per angelos
tanto apparebit iustior damnatio repro-
borum qui tot beneficiis abusi fuerint
et salus iustorum gloriosior deo attribuetur
qui tot adiutoriis salutem hominum pro-
curat. Ad secundum dicendum quod beneficia
que dantur homini in quantum est christianus
incipiunt a tempore baptismi et ea que
dantur homini in quantum habet naturam rationalem
que est capax beatitudinis convenien-
tis cognoscendo talem naturam nascendo
accipiunt sive per nativitatem ex utero
sed dum puer in utero talia beneficia re-
cipit cum matre quia sed nascendo ex utero
habet ea sibi propria tale autem beneficium est custodia an-
gelorum unde quamvis a baptismo in-
cipiat homo habere virtutem gratiam que est
principium merendi salutem tamen sola na-
tura humana ante baptismum talis est nata que
potest esse particeps salutis unde omnibus
hominibus bonis et malis christianis et
reprobis predicta custodia non negatur.
Ad tertium dicendum quod quamvis Christus fuit beatus
secundum superiorem partem anime et quamvis deus
non indiguit custodia angelorum tamen
fuit secundum corporis passibilitatem viator et sic
habuit angelum custodem non tamquam
superiorem sed tanquam ministrum.

Deinde queritur utrum angeli perficiant
in cognitione per mutuam locutionem,
et videtur quod non, quia omnis locutio per verba
que desinunt auditum vel per nutus sen-
sibiles que desinunt visum sicut eius dico
sensus sunt disciplinabiles ut dicitur libro
de sensu et sensato, sed nihil tale potest esse in an-
gelis cum sint incorporei, unde nec corpor-
alibus cognitionem accipiunt, ergo et cetera. Contra
scriptura que introducit angelos ad in-
vicem loquentes Zacharie 2: alius angelus
egrediebatur in occursum eius et posuit
angeli et dixit ad eum curre et loquere
ad puerum istum. Responsio: locutionem esse inter
angelos omnes doctores theologie conce-
dunt, sed difficile est istius locutionis assig-
nare modum. Quidam enim dicunt quod sicut in
nobis est ita quod unus homo de alio nihil
percipere potest nisi ea que exterioribus sensibus
subiacent, alii vero quod sed se percipere non potest sic
interiores conceptus mentis et hii non te-
nent per signa exteriora apparentia que
sunt voces vel verba in quibus sit
locutio sic in angelis est aliquis unus in
alio naturaliter videre potest, aliquid vero quod
videri non potest sicut motus voluntatis
eius videtur autem ab alio angelo per
ordinationem quod est naturaliter cognitum in eo ex hoc
enim ordinatione illud naturaliter cognitum
efficitur signum reputatum interioris concep-
tus vel motus et talis expressio vocatur
locutio et verbus expressiva vocatur signa
angeli. Istud autem non videtur sufficienter
dictum quia unus angelus cognoscit
naturaliter in alio aut sunt signata naturaliter
vel ab institutione sive ad placitum primum
non potest dici scilicet quod sint signativa naturaliter
quia ea que significant naturaliter ostendunt
solum naturales cum passiones seu affectio-
nes sic gemitus infirmorum dolorem et sic
de aliis naturales autem motus voluntatis
unius angeli quilibet angelus cognoscit
sine signo nullo plenius quam quicumque
medicus in infirmitate hominis eo quod quilibet
angelus plene novit naturam alius
et per eius affectiones naturales, et ideo ad hoc
demonstranda non oportet esse aliqua signa.
Item per signa naturalia non fit proprie locutio
nam magis patebit et de se satis est
manifestum non enim dicimus infirmum
gementem esse loquentem. Item nec huiusmodi
signa sunt signativa ad placitum
quia quecumque sunt naturaliter in angelo

sunt meo invariabil' et immobilit' si ei
in corporibus celestibus non e variacio n' s'
motum localem nulla aut s' formam
substancialem vel accidentalem naturalit' inherente
q' d' q' p' lumine q' luna variat' a sole re
cipit quia a se naturalit' non hz multo forcius
in angelis nulla e variacio nulla mutacio
quo ad ea que eis naturalit' insunt si igit'
p' talia fieret angelorum locucio semp' loquerent'
de eisdem cum semp' sunt in eis eadem
signa signum cum quo dm e representat
id cuius e signum h' aut e inconveniens racione
locucionis que fit p' signa que sig
nant ad placitum sine ex institucione quia
talia sunt in ptate loquentis p' ea pt lo
qui vel non loqui :· Item locucio que
est p' signa que signant ex institucione
nullus intelligit nisi ille qui novit ad
q' sig.d signum illud e impositum sic p' uno
latinus non intelligit locucionem p' ulba greca
nec e contra signo signa' p' que loquit'
angelus angelo significent ad oz an
gelos sibi in vicem loquentes scire p'us
aut q' significandum illa nulla sunt impo
vel instituta et si illa institucio facta est
p' unum angelum solum quomodo in notescet
h' alius non appet quia si p' locucionem
ut locucio precedet signa p' que fit q' e
inconveniens nec possumus fingere tamquam
illud q' e in hominibus vz q' mg' ostendit
pl' tradit puero panem dicendo panem et
si docet eum q' illa vox significat in:
Sic ostendit angelus alii angelo reali
qua applicando signum q' ea significat
h' enim lingua non pt si aut illa institucio
fiat concordit' ponentes anglos simul oz q'
conceptus omnium eorum de tali institucione
sit notus omnibus et sic ante omnem locu
cionem conceptus unius angeli erit notus
alteri et eadem racione omnes concepti ange
lorum erunt omnibus angelis noti et tunc
non oportebit ponere locucionem in angelis
s'z predicta opinio non vz conveniens :·
Alii dicunt q' angelus angelo distri
buendo diversas figuras in celo p' ap
plicacionem sue virtutis et p' eas possunt
angeli invicem exprimere conceptus
suos et sic ad invicem loqui :· Sz illud
vz valde frivolum quia illa figuracio
celi aut esset s' aliqua alteracio p' uta

q' celum s' p'tem determinate figure al
teraret' calido vel frigido vel alia
alteracione et istud e impossibile cum celum
non sit susceptum huius qualitatum
vel intelligentur ista signacio p' impres
sionem factam in celo sicut signatur
cera a sigillo vel sicut signa' sigil
lum p' incisionem que alicui planum e
esse absurda aut et p' aliquem contactum
aut g'o p' contactum quantitatis a' virtutis
p' contactum quantitatis sic dz signum cir
pices s' ymaginacionem p' applicacionem
alicuius corporis triangularis ad ipm in
quantum corpus triangulare occupat
de piece spacium sibi equale lz ipse
piece non sit actualis triangulacio
et hoc modo non pt angelus cum non sit
facere aliqua signacio in celo oportet
g'o q' talis signacio fiet p' contactum
virtutis ex quo sequetur q' angelus
p' suam virtutem aliqua signum relinq'
imprimeret celo quia tangere ad tactum
virtutis non e aliud quam p'ntute habere
aliquem effectum imprimo q' dz tangi et
dicere oppositum e p'vam vocem igno
rare cum g'o impossibile sit angelum facere
a' tz signum in celo h' modo pz q' ille
modus loquendi p' signa tales non
e angelo possibile Item et e q' precedente
opinione p'pter si angelus posset
tales signaturas facere aut i.e signaturas
rent conceptum angeli natur' vel
ab institucione non natur' ut de se pz
sic n' sig' p' homines sicut signat natur'
conceptum eius n' ab institucione
quia cum talis institucio esset in uo'to
angeli facientis signum oportet q'd
illi angelo p'us in notescet vo
luntas et propositum instituendi tale
signum ad significandum et eo racione
vel conceptus esset signum q' posset
p' ipse locucione statim p' tale signum
vel p' tale signum :· Sz ista institucio
et signacio cum esset p' nullum ex· cum
instituentes non potuit in notescere
alteri angelo n' p' locucionem g'o oportet
ponere locucionem precedentem modus loqu
en p' talem signum de quo modo



esse que

esse concedendum ut prius :· Alius est modus
quem quidam doctores ponunt dicentes
quod locutio sit in angelis proprie metapho-
rice quia angelus manifestat alii an-
gelo unum conceptum palam quod probant
quia sicut est in verbo vocali sic in men-
tali sed unum vocale manifestatur per alius
sicut sciens latinum et theutonicum scit
quod solum latinum exponit theotunicum
per latinum ergo similiter angelus potest
alio angelo exponere unum conceptum
palam ut pote unum conceptum indetermina-
tum et implicitum et ideo alteri angelo igno-
tum per alium conceptum explicitum et de-
terminatum et ideo magis notum :· Sed illud
nullo modo videtur verum quia conceptus
ignotus non potest manifestari per alium
conceptum ignotum sicut nec verbum unum
vocale ignotum manifestatur per aliud
ut patet per eorum causas sed quilibet conceptus
angeli de hiis de quibus est alii angelo
ignotus vel si unus sit notus et alius
erit notus ponentes enim hanc opinionem
aut tenent quod unus angelus novit
cogitationes et volitiones alterius et tunc
quilibet conceptus unius angeli est alio
angelo notus vel tenet quod unus an-
gelus non novit cogitationes et affectio-
nes alterius et tunc nullus conceptus
unius angeli est alio angelo notus :·
Et sic ignotum manifestabitur per igno-
tum quod est impossibile vel notum mani-
festabitur per aeque notum quod esset frustra
quare etc. :· Item predicti positores aut in-
tendunt quod in angelo sint simul duo
conceptus unus determinatus et implicitus
alius determinatus et explicitus quod esse
non potest quia duo actus intelligendi
non possunt simul esse in eodem intellectu
naturaliter aut intendunt quod isti duo con-
ceptus sint successive in angelo et
tunc minus est quod unus conceptus
manifestabitur per alium constat enim quod
conceptus qui actu est in angelo non
potest manifestare priorem conceptum
qui non est quia ille est totaliter ignotus
nec ille qui non est actu in angelo

potest manifestare priorem conceptum qui est
in eo quia per locutionem nullus manife-
stat nisi illud quod concipit actu et istum si-
quis esset notus et non alius si esset
quia magis esset explicitus et determina-
tus quantum ad hoc et ideo magis est aptus
ad movendum alium angelum sed istud non
valet quia aliquis conceptus potest esse
minus explicitus et minus determinatus quia
alius duplici modo ex ruditate et igno-
rantia concipientis sicut sunt aliqui
homines rudes qui non capiunt se ex-
plicite et ordinate aliquem conceptum
ut alii exprimunt sed confuse et istud non
potest poni in angelis alio modo ex sub-
tilitate concipientis aut simplicitatis
et universalius aliquis concipit quam ali-
nati sunt concipere uno ergo quod propter subtilita-
tes explicent ad hoc quod intelligant et
hoc modo aliqui superiores angeli sunt
minus expliciti quam conceptus inferioris
nullus autem conceptus inferioris potest hoc
modo esse implicitus vel indeterminatus
respectu intellectus superioris angeli tunc sic
locutio sit in angelis per hoc quod conceptus
implicitus et indeterminatus manifestatur
per conceptum magis explicitum et magis
determinatum sed nullus conceptus inferioris
angeli est implicitus vel indeterminatus
intellectui angeli superioris sed omnes sunt
ei expliciti et determinati modo quo nunc
loquimur ut patet ex iam dictis ergo hoc
Circa materiam qui fuerunt duo vnum aliquorum dicencium lumen esse defluxionem corporum subtilium a sole et stellis et patet esse falsum primo ex parte corporum aquibus ponuntur effluere quia illa corpora vel effluerent a sole et stellis que resoluuntur ab ipsis vel quia abeis de nouo creantur non quia resoluuntur ab ipsis iam enim per continuam resolucionem consumpta vel saltem non videtur diminuta esse ut corpora solis et stellarum nisi forte fabulose dicatur quod ex vaporibus eleuantibus cibarentur ad restauracionem deperditi :· Item non potest dici quod de nouo causantur quia vel hoc esset creacionem de nouo facta et tunc illuminacio non esset accio pure naturalis ymmo pure diuina quod est absurdum vel corrupta sente illum et tunc contingeret vnum sit corporis alterius contrario lumine in toto medio oportet aliquod aliud corpus unde proporcionatur corrum pi et obtenebrato medio ex corrupcione luminis alia corpora proporcionantur generari non solum apud nos sed et in celo quia ibi inveniuntur nomine illuminacionis sicut proximum illuminata papiere que omnia sunt inconveniencia nisi forte quis dicat quod illa corpora de nouo non corrumpuntur sed miscentur cum corpore luminoso puta cum sole lato nunc superius nunc in inferiori emisperio sed non illud potest dici quia non solum obtenebratur medium ex ablacione corporis luminosi sed et ex interposicione corporis opaci contra corpus luminosum puta contra candelam non videtur quod lumen contingeret contra candelam quia non apparet in medio tantum claritas maior post quam ante :· Secundo apparet idem ex parte medii in quo lumen recipitur quia duo corpora non possunt simul esse per naturam sed lumen simul est cum aere aer autem est corpus ergo impossibile est lumen esse corpus nec potest dici quod in aere sunt pori in quibus recipitur lumen quia obtenebrato aere oportet poros remanere vacuos nisi forte dicatur quod eciam tenebra esset corpus quod est falsum :· Item aer non totus illuminatur sed solum in poris eius reciperetur lumen cuius oppositum docet sensus :· 3° apparet idem ex parte sensus motus quia si lumen esset corpus illuminacio esset motus localis motus autem localis non potest subito esse sed mocio sit in tempore et successiue quod non conuenit

In illuminacione nec potest dici quod illuminacio fiat in tempore sed imperceptibili quia et si successio aliqua possit latere per modicum spacium propter sui velocitatem non tamen per totum spacium sicut est ab oriente in occidente in quo tamen latet successio illuminacionis patet ergo ex omnibus hiis lumen non esse corpus :· Fuerunt autem alii qui dixerunt lucem in sole esse formam eius substancialem sed lumen in aere esse accidens quod et esse non potest propter duo primum est quia in accione vniuoca principium accionis et terminus sunt eiusdem speciei sed accio qua lucens in se illuminat aerem est accio vniuoca sicut illa qua calens in se calefacit aliud ergo principium et terminus illuminacionis sunt eiusdem speciei hec autem sunt lux in sole et lumen in aere ergo si vnum est accidens et reliquum :· Secundum est quia nulla forma substancialis est sensibilis per se sed lux in sole est per se sensibilis ergo etc. :· dicendum est ergo simpliciter quod lux in sole lumen in aere et lumen sunt accidencia est enim lux qualitas per quam agunt corpora superiora in hec inferiora omne enim alterans agit per aliquam formam in ipso existentem sed in celo illa forma non potest esse substancialis que nunquam est inmediatum principium alteracionis ergo oportet quod sit aliqua qualitas et hec est lumen eius et quia habemus aliquid dignius racione scilicet experimentum sensus non oportet alias adducere raciones quo ad sensus :· Ad primum argumentum est videndum ad minorem per intencionem et applicatur per racionem dico dicendum quod condicionem separacionis luminum intellige per intensionem et remissionem luminis pluribus vel paucioribus luminaribus additis vel subtractis sicut est vnum tractus navis velocior vel tardior secundum multitudinem vel paucitatem trahencium ad radium plurium luminarium dico et adico ideo si propter luminarium distinccionem exprimitur quod addunt non valent primum de duabus vmbris non valet quia due vmbre non sunt in eadem parte medii sed in diuersis et ideo non agunt pluralitatem luminis in eadem parte medii sed in diuersis quod bene contingit sicut enim est alia pars albedinis in alia parte corporis ita et in lumine et hec medii et sic hec vel ad oppositum Si non dicatur quod ex opposito cuiuslibet duorum luminarium interposito corpore opaco est lumen minus quia in aliis partibus medii dico quod vnum est sed hoc non est propter separacionem luminis alicuius sed per remissionem luminis que in opposito cuiuslibet

luminaris est actio unius tantum et non duorum simul. Quod additur de lumine duorum luminarium transeunte per idem foramen et tamen faciente duos fulgores in pariete, dicendum quod lumina duorum luminarium in foramine in quo coniunguntur reguntur (?) unum lumen, tamen radii et fulgores ultra procedentes distinguuntur non per distinctionem vel separationem luminis in foramine existentis sed quia non ad eandem partem vult procedere actio utriusque luminaris sed procedit ad diversas partes propter corpus in quo est foramen utrique luminari vel altius et altius sicut impositum. Ad hoc dicendum quod in ferro ignito non est ignis in sua specie quam non potest esse nisi in materia extra sed est ibi dispositio ad formam ignis sed non dum ultima et perfecta.

Deinde quaeritur utrum lumen habeat esse reale vel intentionale in medio. Et videtur quod habeat solum esse intentionale quia nulla realis qualitas supposita sensui percipitur sed lumen immediate contingens pupillam a visu percipitur ergo etc. Item quod dat alii esse intentionale videtur debere et in se illud habere et lumen dat colori esse intentionale in medio ergo etc. Item qualitas realis remanet in subiecto in absentia producentis sed lumen non remanet in absentia luminaris ergo etc. In contrarium arguitur quia nulla forma intentionalis denominat subiectum in quo est sicut aer non dicitur coloratus propter intentionem quae est in medio, lumen autem denominat medium ergo etc. Item forma intentionalis non est principium in mutatione naturali sed solum alterius (?), sed lumen est principium in mutatione naturali puta calefactionis ergo etc. Esse intentionale potest accipi dupliciter. Uno modo prout contra esse reale et sic dicitur habere esse intentionale illa quae non sunt nisi per operationem intellectus sicut genera species et logicae intentiones et iste est proprius modus accipiendi intentionem et esse intentionale quia quae sunt a principiis realibus circumscripta operatione intellectus habent esse reale et non intentionale sed lumen et species coloris in medio sunt huiusmodi ergo etc. Alio modo dicitur aliquid habere esse intentionale large quia habet esse debile sed habere debile esse quia non habent esse suum simul sine permanentia sed in successione ut motus et tempus et huiusmodi non dicuntur habere esse intentionale aut si dicantur non competit tamen lumini vel speciei in medio habere tale esse intentionale quia

esse eorum totum est simul et non in successione. Tertio modo dicuntur aliqua habere esse debile quia ad sui conservationem requirunt praesentiam suae causae proximae naturalis, quod praeter modum dico quia angeli et ea quae immediate a deo producuntur requirunt ad sui conservationem praesentiam suae causae immediate scilicet dei et tamen non dicuntur habere esse debile, sed lumen et species coloris in medio licet habeant suum esse simul tamen quia requirunt praesentiam suae causae proximae et naturalis dicuntur habere esse debile et istud debile esse in medio dicitur intentionale, tamen ratio est quia non solum lumen in medio sed et lumen lunae et stellarum habent esse intentionale illuminatis et tamen nullus et tamen numquam dixit quod lumen lunae et stellarum habet esse intentionale. Quarto modo dicitur aliquid habere esse debile non solum per oppositionem ad actum proximum naturalem sed quia deficit a perfectione suae speciei et sic lumen et species in medio habent esse debile quod et potest dici aliquo modo intentionale quod patet quia ad suscipiendum magis et minus cooperatur dispositio subiecti ut natura libro primo de (?) xvii. Cum igitur propria et perfecta dispositio subiecti coloris sit esse terminatum ut patet ex coloribus (?) dicit philosophus libro de sensu et sensibili et sic quod color est extremitas perspicui in corpore terminato, propria ac perfecta dispositio subiecti luminis sit esse densum non dico opacum nihil enim lucet nisi densum, ideo impossibile est colorem vel lucem recipi secundum suum esse perfectum in medio non terminato perspicuo quo ad colorem vel in medio non denso quo ad lucem sed recipiuntur secundum esse debile sive imperfectum. Istud autem potest aliqualiter dici esse intentionale sicut enim dicitur est prius intentio perfecte ad actum animae pertinens primo potest quod aliquid dici intentionale quo anima tendit in aliud sed etiam alludit nomini intentionale enim dicitur quo in aliud tendit. Sed lumen in medio et species coloris sunt huiusmodi ratione enim suum esse imperfectum non terminat actum animae sed sunt id quo tendit in obiectum, non enim species coloris videtur sed color corporis ubi immediate est praesens ut quidam dicunt nec lumen in medio fit per se visum sed mediante ipso fertur visus in obiectum. Ergo tam lumen quam species possunt dici intentiones vel habere esse intentionale magis tamen species quam lumen quia habet esse minus perfectum et minus potest

tinuare actum simpliciter tamen talia lumine quam
spe̅s h̅nt esse reale :· Ad tercium primum
dicitur quod omne sensibile applicatum immediate or
gano sensus dum non immutet ipsum potest
sentiri quia nichil plus requiritur ad se
ciendum nisi immutato organi a sensibili
quod ergo corpus colatum suppositum oculis
non videatur causa est quia non potest immu
tari a colore nisi actu illuminatum et quia
corpus suppositum oculis prohibet
illuminationem pupille et organi visivi ideo
non videtur lumine enim attingens pupillam
ipsam immutat ideo videri potest et eadem racio
est de qualibet reali qualitate sensibili
immediate supposita sensui :· Ad secundum dicitur quod
lumine non dat colori esse intencionale
sed disposicio medii non tamen ut dictum est et si
daret non tamen oportet quod haberet talem nisi quo
essentiis multis modis potest deficere et prop
ter hoc causa esse eius intencionale est
esse imperfectum Item concessum est quod lumine
habet esse intencionale sicut species coloris
nec philosophus excluditur quin habeant esse reale
Ad tercium dicendum quod remanentia in sensibus ab
sencia cause producentis non est duc
qualitatis realis nec oportet principiam
cause facit aliquid esse intencionale
ut dictum fuit in corpore solummodo quare
sunt quedam qualitates habent requirunt
quedam vero non alias inquirendum erit :·
Ad tercium alterius partis ad primum dicendum
quod omnis forma denominat suum subiectum
tamen enim omnis forma subiecto suo dat esse
sed illud denominat ipsum continuatur et quod
dicitur quod aer non dicitur coloratus propter speciem
coloris que est in ipso dicendum quod verum est
quod color dat talem qualitatem subiecto esse
perfecto et quia illud esse non habet in aere
ideo non dicitur coloratus sicut lux dat talem
qualitatem subesse et quia id non habet
in aere ideo aer non dicitur lucens dicitur autem
illuminatus sicut et qualitas eius dicitur
lumine et idem esset de colore sed proprium nomen
esset ei impositum sed illud esse quo perficit
medium quia sub illo nomine denotaret
ipsum :· Ad secundum autem tamen dicitur quod forma inten
cionalis non est principium naturalis actionis
dicendum quod verum est de forma intencionali
primo modo dicta quia illa non est res
secundo modo ideo nullius realis operacionis
est principium sed est solum ratio principii in

sed rem intellectam formata in illius et
ponit lumine vel speciem esse tale formam
intencionale sed dum forme intencionales
propter esse imperfectum quod habent in medio racione cuius
sunt quod non fiunt actu anime sed medio hu
ius tendit anima in obiectum tales enim forme
intencionales tamen sunt vero res reales prin
cipium principium realium actionum non solum
animalium sed et naturalium naturalia et alias actiones
naturales sunt etc Distinctio XIV

Dixit quoque deus fiat firmamentum
Istud dicit magister de opere prime diei hic
determinat de opere secunde diei et tamen hic sequitur
illa pars ubi dicit de opere tercie diei et secunde
Dixit deus Et sic sunt due partes princi
pales in ista distinctione quarum prima dividitur in partes
duas primo ponit opus prime diei quod
est formacio firmamenti et exponit predictas
opiniones que sunt circa ipsum firmamentum
secundo movet questiones incidentes
circa firmamentum et motum celi et circa ea que
ad distinctionem operis secunde diei pertinent secundum ibi
teneri et solet cuius figure sit celum
hec est summa et divisio lectionis litteralis :· Ista pa
li non sic procedit et ponit quod firmamentum
secunda die factum est quod secundum bedam dicitur celum sy
dereum quod habet aquas inferiores se et sic dividit
aquas ab aquis licet quidam per celum ve
lint aerem intelligi quod quidem celum syde
reum sed quosdam est nature aquee sed secundum vero
alios nature ignee quomodo non autem supra
celum possunt esse aque dicitur quod hoc est
divina virtute nec est inconveniens cum videamus
aquas evaporari et elevari in altum
sic potest esse ut supra firmamentum ut glacies
soliditate aque suspendantur quales autem
sunt et ad quid condite ille scilicet novit qui
condidit :· Postea querit cuius figure sit
celum et utrum sed hic pastores docere noluit
eo quod non multum saluti prodest quamvis ipsi scien
ciam concluserunt utrum celum stet an mo
veatur utrumque videtur inquirens si enim movetur
non est firmamentum Si vero stat non movetur
sydera et querit quod est si movetur dicitur tamen potest
firmamentum propter firmitatem Si vero stat prin
cipio motu sydera exhibit et quare benedictio
secunde diei pretermittitur et quare in operibus secunde
diei non est dictum ut vidit deus quod esset bo
num et videtur quod est forte propter quandam misticam
significacionem quia binarius numerus est signum
alteritatis et signum divisionis Ultimo
ponit opus tercie diei quod fuit congregatio
aquarum in unum locum que sub celo sunt

per quam congregationem terra arida apparuit que quidem congregatio fieri potuit vel quia concavitates terre submiserunt aque vel quia inspissate fuerunt et sic sunt multe congregationes aquarum cum proximitate earum adinvicem dicuntur convenisse in unum locum et nichil est contra

Questio xviii queritur primo utrum aliqui aque sint super celos et videtur quod non quia tunc maxime ignis et aer supervenirent sed nullus ponit ignem vel aerem super celos ergo multo minus aquam. In contrarium arguitur quia secundum Augustinum ii° super Genesim ad litteram maior est sacre scripture auctoritas quam omnis humani ingenii perspicacitas sed sacra scriptura dicit expresse aquas esse super celos Genesis 1° Divisit aquas que erant sub firmamento ab hiis que erant super firmamentum sequitur quod vocavit deus firmamentum celum ergo etc. Ad istud quidam attendentes ad potentiam divinam que potest facere omne quod contradictionem non implicat dixerunt quod vere aque elementares sunt super celos et hoc contradictionem non implicet sed hoc rationabiliter refellit Augustinus ii super Genesim dicens quod in operibus sex dierum quibus natura instituta est non queritur quid deus facere possit sed quid in natura patiatur. Ideo alii dicunt quod aque elementares secundum naturam possunt esse et sunt super celum quod declarant multipliciter. Primo quia omnis qualitas corporum inferiorum habet reduci sicut in causam in aliquam virtutem corporum celestium sed ponatur aliquod celum aqueum vel aque super celos ergo etc. Consequentia minor probatur quia celum non potest causare frigiditatem per motum suum localem quia motus localis non habet infrigidare sed magis ignire ut dicitur secundo celi et mundi. Item nec per lumen per eandem rationem ergo oportet quod hoc faciat per hoc quod est aqueum aqua enim cum sit primo frigida videtur esse causa frigiditatis in aliis ergo etc. Secundo quia eidem rei competit diversis motus diversis sicut oleum quod ascendit in aqua descendit in aere ergo eodem modo possibile est quod aqua que ratione aeris habet descendere ratione celi habet ascendere vel stare et ideo non est timendum quod cadat. Tertio quia velocitas motus circuli impedit ne scutella plena aqua posita in circulo cadat vel aqua in ea contenta sed motus celi est velocior quam motus circularis circuli apud nos ergo potest prohibere casum aque. Quarto quia distantia corporis naturalis a loco suo naturali minuit eius inclinationem ad locum et ad motum et ideo motus naturalis intensior est in fine quam in principio sed aque super celum maxime distant a loco suo naturali ergo minime inclinantur ad deorsum et sic idem quod prius. Quamvis sit de aque rationes tamen iste nichil valent quod cum primo dicitur quod corpus celeste non potest causare frigiditatem nisi sit aqueum formaliter et cum dicitur quod non per motum sic ita nec per lumen falsum est lumen enim de se non habet nisi illuminare sed in virtute corporis cuius est habet calefacere si sit corpus calidum virtualiter ut sol mars et huiusmodi vel frigefacere si sit planeta virtualis frigida per primum frigidum formaliter puta per aquam vel celum aqueum sed per primum frigidum virtualiter et ideo procedit magis contra eos quia si esset celum aqueum non causaret frigiditatem per motum ut dictum est nec per lumen quia non esset luminosum sed solum dyaphanum et si esset luminosum calefaceret et non infrigidaret ut dictum est nec per suam frigiditatem formalem quia corpus non agit in distans nisi agendo in propinquum sed illa frigiditas non reciperetur in corporibus mediis qui non sunt capaces peregrine impressionis ut dicitur primo metheororum ergo impossibile est quod celum dato quod esset aqueum quod immediate causaret frigiditatem in hiis inferioribus per frigiditatem que esset in ipso. Secunde rationes etiam non probant quod aque sint ibi vel possint esse per naturam sed solum quod si ibi essent non caderent quod certe tamen non oportet nec probare quia cum sphera undarum tangeret medium nisi sit divisibilis. Ad secundam nulla dubitatio si sint aliqua corpora essent aque nullo modo possent cadere in terram nec istud probant ille rationes. Sufficit quod cum oleum in aere descendat in aqua non ascendat causa est quia oleum corpus mixtum est in quo est multum de humido aereo ratione cuius ascendit positum in aqua et est in eo situm terrestre ratione cuius descendit in aere sed autem hoc non potest de aqua elementari cum sit corpus simplex et iterum

quod descendit in rariori nichil prohibet ascendere in grossiori et densiori ut patet de oleo respectu aeris et aque. Sed econtra est quod illud quod descendit in densiori ascendat in rariori vel subtiliori. Celum autem est minus subtilius quam quecumque corpora elementaria, ideo nulla probabilitas est quod aque naturaliter descendant in aere ascendant vel stent in celo. Ex tertio et secundo dicto quod velocitas motus prohibet talium gravium descensum in nullo est ad propositum, quia istud locum habet in igne posito infra circulum vel speram, non autem in igni posito super circulum vel speram; descensum enim eius ad medium spere vel circuli prohibet soliditas spere vel circuli, et ideo istorum possibilitas aliquid valere si ponerentur aque infra concavum orbis lune, sed ponendo eas super celum nichil valet ad propositum. Ex non ultimo dicto quod distancia a loco naturali minuit inclinationem motus est tamen enim inclinatio gravis et levis ad loca sua sequuntur formam gravitatis et levitatis, manentibus eisdem formis manet eadem inclinatio, nec propinquitas vel distancia a loco per se facit aliquid ad hoc. Quod ergo motus naturalis sit intensior in fine quam in principio causa est minor resistencia medii supposita eadem inclinatione mobilis, quanto enim aer terre est propinquior tanto est magis levis et magis intendit contra motum gravis. Idem intelligendum est circa leve. Dicendum ergo aliter ad questionem quod sicut sumus accipiendo proprie, potest concedi quod super celos non sunt aque elementares sed aque dicte metaphorice. Si vero celum accipiatur metaphorice pro parte aeris in qua condensantur nubes, quod celum et firmamentum aliquando dici potest, sic super celum sunt vere aque elementares. Primum patet quia supra lunam non est locus generationis et corruptionis, unde dicitur quod super lunam non est malum. Et si super celum proprie dictum essent vere aque elementares ibi esset locus generationis et corruptionis et consequenter ibi aliquid generaretur et corrumperetur, ergo etc. Probatio minoris: quia si aque essent inter duas speras primi motus et lune corporum celestium possent calefieri et rarefieri ultra quod convenit forme aque et sic eis corruptis aliquid adgeneraretur, puta aer vel ignis.

Non sunt ergo super celum aque elementares, sunt tamen ibi aque dicte metaphorice ratione similitudinis quam habent cum aqua in quibusdam proprietatibus. Est enim aqua dyaphana et non lucida, que duo conveniunt celo; sed ultra hoc aqua quedam maiorem habet stabilitatem quam aqua. Hec autem proprietates conveniunt none spere quam nos celum cristallinum vocamus, et eadem ratione potest dici aqueum. Secundum patet quia cum celum vocetur pars aeris in qua condensantur nubes, sic clarum est quod aque elementares sunt supra celum que ibi vaporabiliter [...] virtute solis et stellarum; eadem ratione potest dici firmamentum propter spissitudinem et aliqualem soliditatem. Unde Augustinus super Genesim ad litteram hanc expositionem quamvis dicat hanc considerationem laude dignissimam. Ideo vide firmamentum equivoce vel analogice sumitur cum dicitur Genesis primo: divisit aquas que erant sub firmamento etc., et cum dicitur inferius quarte diei: quod posuit stellas in firmamento celi. Firmamentum primo modo sumptum est celum sed in incipatione(?) adaptatione designandum dicit idem quod vocavit deus firmamentum celum, sed sic sumptum est celum vere proprie et adaptatione designandum dicit secundo: Et quod posuit stellas in firmamento celi, id est quod est celum. Ex his patet solutio ad rationem principalem, quod cum non solum aqua sed ignis et aer sint super celum metaphorice dictum, sed est super partem aeris in qua nubes densantur, sed nullus istorum ponitur super celum proprie sumptum nisi in parte metaphorice sumatur; aqua enim et ignis metaphorice sumpta sunt super celos proprie dictos, quia celum empireum dicitur igneum metaphorice et nona spera dicitur celum aqueum.

Secundo queritur utrum motus celi sit naturalis. Et videtur quod sit primum(?): secundo celi et mundi qui dicitur quod cuiuslibet corporis naturalis est aliquis motus naturalis, sed celum est corpus naturale, ergo etc. Item etiam ii physicorum dicitur quod natura est principium motus in eo in quo est, sed corporis celestis natura aliquid sit, ergo etc. In contrarium est quia motus naturalis non est nisi corporis existentis extra suum locum naturalem et tendentis ad quietem naturalem in loco suo, sed celum non est extra locum suum, ergo etc. Ad hoc dicendum quod motus celi non est naturalis nec ab intrinseca

pnt anima dicit subiectum viuente vni
tam nec ratione forme sed est abusiuum sim
pz quia natura corporis simplicis inclinat
ad vnum motum et simplicem Sz in celo non
est vnus motus sed plures non solum in
diuersis speris sed in eadem et in eodem pla
neta et tamen celum est corpus simplex
ergo et cetera Minor pz motus enim nal cor
pudz forme mo. que inclinat ad mo
tum et 2o licet forma mixti que virtute co
tinet formas mixtibilium posset in
clinare ad motum secundum omnes differentias loci
pp quod et motus agenti non est soli suffi
quia non est solum in virtute ignis ut ali
qui crediderunt sed est ad omnem differentiam positionis
quia est a forma planete que est forma
mixti tamen forma corporis simplicis ad vnum
solum inclinat Minor pz quia spere
planetarum non solum mouentur ab oriente
in occidente motu diurno sed e contrario
ut patet ad sensum precipue in sole et
luna in eodem et planeta per motum spere sue
primo motus sed excentrici et epicicli ut
magis patebit in sequenti questione nec potest
dici quod spere dicuntur spere sicut celum et non mo
uentur diuersis motibus quia sequitur quod
esset plura corpora simplicia quia quilibet
et iterum planeta est densa sue spere ut dicitur
2o celi et mundi et tamen habet aliquem motum
a motu spere et iterum omnes spere equantur ad
vorticem conueniunt sed spere planetarum con
ueniunt secundum speciem saltem motus ergo non
arguunt diuersitatem speciei tamen omnes mouentur
ad eandem partem ergo et cetera Ex quo patet ideo si
motus est nalis ex qualitate mobilis
ad eum sed qualitas mobilis ad locum
non potest causare motum in loco ergo et cetera
Minor probatur quia sicut est in animalibus
anime sic est quod bonum conueniens si sit presens
al causet delectationem que est quies ane
et non desiderium quod est quasi motus simili
ter in animalibus nec conueniens locatum in loco
causat quietem in loco et non motum
3o quia si motus celi esset nal quies
in eodem loco esset violenta et ita cum
celum ipsum mundi cessaret a motu quies
illa esset violenta quod est inconueniens
quia tunc celum non erit in deteriori condicio
ne sed meliori Item motus nalis
est a dante formam quia generata non or
dire aliquam motorem pse sed solum quod reo
neat plures si sit ipse. Sz celo dicit

alius motus pse secundum mixtum ergo et cetera
est ergo motus celi in spere nec tamen est
contra naturam quia non est in oppositum
inclinationis nec tamen natura eius
ad nullum motum inclinet ex quo dicitur
naturalis pt tamen dici nalis secundum quedam
adoptacionem et conuenientiam quoniam est
enim ut corpus celeste quod neque graue
est neque leue mouetur tali motu per
quem non accedit ad medium ut grauia
nec recedit a medio ut leuia et talis
est motus circularis Tertium pz scilicet quod ce
lum non mouetur ab anima sibi vnita
in ratione forme quia si vna compor
eius tacta ... in celo non componitur
et forme sed dato quod esset et quod illa forma
esset anima adhuc probo quod non mouetur
ab ipsa quia tamen idem secundum idem non pos
sit esse mouens et motum primo oportet
motum ex se diuidi in partem que mouetur
et partem que mouet ut dicitur viii phisicorum
pars que mouet aut est forma et
que mouetur esset materia cum per vna
quantitatiua composita ex materia et forma mo
uet alia partem quantitatiuam ad impri-
mum sit sit in animalibus primum non
potest dici quia materia per se non potest habere mo
tum tamen per se non sit quanta ut per se
sit solum actiuus quod requiritur ad motum
precipue localem nec forma vniuersalis mixti potest
habere rationem motoris quia forma et
agens non coincidunt in idem secundum numerum re
cipiendo non tamen celi vniuersalis mixti ipsa se
habeat ut forma et quod quia erat esse in illo
non potest habere rationem agentis que est vnde
principium motus nec sic potest dici quod mouens
et motum sunt coniuncta et non continua
ut dicitur viii phisicorum sed partes quantitatiue
celi exceptis forte corporibus planetarum
sunt continue et non contacte ergo et cetera
Ex quibus patet 3 quod celum mouetur ab
intelligentia quia omne quod mouetur ab alio
mouetur sed celum mouetur et non a natura
vel a dante naturam ut probatum est ipso
ergo ... nec ab anima coniuncta ut probatum
est ipso relinquitur ergo quod ab intelligentia et pro
batur quia quia cum motus celi non
sit nalis nec violentus oportet quod sit
voluntarius vo.te intelligentie coniuncti
vel separati Ad rationes patet solutio non
enim cuiuslibet corporis nalis oportet esse

aliquem motum naturalem nisi haberet successum naturalem utrumque enim ponitur in diffinitione nature scilicet quod est principium motus et quietis et hec duo solum competunt corruptibilibus etc.

Tertio queritur an stelle moveantur solum motu spere vel per se habeant proprium motum. Et videtur quod non habeant proprium motum quia sicut celum est ingenerabile et incorruptibile ita et indivisibile cum divisio sit via ad corruptionem. Sed si stelle moverentur motu proprio celum divideretur quia non fierent in celo eundem situm ergo etc. Item motus celi est circularis. Sed si stelle haberent motum proprium ille non esset circularis ergo minor probatur quia quod movetur circulariter non mutat locum stelle aut si haberent motum proprium ad totum mutarent locum. Ideo etc.

Oppositum est Ptholomeus et alii astrologi. Pro stellarum quedam sunt in octava spera que dicuntur fixe alie non sunt infixe orbibus suis et dicuntur planete nec sunt in eadem spera. De primis dico quod moventur solum motu octave spere quia frustra ponerentur plures motus ubi sufficit unus sed omnia apparentia circa stellas fixas optime salvantur ponendo eas moveri motu ~~octave~~ solum motu octave spere quia stelle fixe semper servant eandem elongationem et approximationem ad invicem quia optime salvantur ponendo quod solum moveantur in fixe spere sue ergo etc. De planetis dico quia quod dicit ille idem capitulo 2o celi et mundi tunc vius dicunt astrologi ponentes ipsos moveri per eccentricos et epiciclos et deferentes apparentia quia stella que movetur solum motu spere non potest quandoque magis quandoque minus ad terram appropinquare quia omnes partes sunt concentrice sed planete quandoque appropinquant ad terram magis uno tempore quam alio ut patet per experientia astrologorum et etiam quod coacti sunt astrologi ponere motum planetarum in circulis eccentricis quorum una pars maxime removetur a terra et dicitur aux sive elevatio altera vero maxime accedit ad terram et dicitur oppositum augis. Similiter patet de epiciclis quia si planete moverentur solum motu spere cum spere planetarum moveantur ab occidente in orientem nisi planeta aliqua nocte esset oppositum alicui fixe. Sequenti nocte debet ipsam antecedere versus orientem. Videmus autem in multis planetis quod contrarium procedunt enim versus occidentem ergo per motum spere oportet ponere motum retrogradationis quod sit in epiciclis nam planeta est retrogradus stationarius vel directus. Ad primum argumentum dico quod non oportet celum dividi ponendo proprium motum planetarum in eccentricis et epiciclis habendo bonam ymaginationem eorum ponitur enim eccentricus circulus infra duas superficies spere ex una parte una mediantes magis accedit ad superficiem spere continentem altera non adequata et movetur circulus infra speram cum sit spere contiguus et non continuus et motum eius movetur planeta tamquam pars eius. Pars planeta dico ubi eccentricum sine epiciclo sicut est sol si homo habeat epiciclum cum eccentrico tunc epiciclum ponitur moveri in eccentrico per modum quo ponitur eccentricus moveri ipsa epiciclus est corpus sperale infra eccentricum contactum et non continuum et ideo potest in eccentrico habere suum motum proprium sperale cuius epicicli pars est planeta et sic ponendo non oportet celum dividi sed et si divideretur non sequitur quod esset corruptibile quia divisio non via ad corruptionem nisi quando per divisionem non sit potest resistere contrario agenti sicut contingit. Celum autem non habet contrarium propter quod nec continuum neque divisum corrumpitur. Ad secundum dico quod motus celi non est naturalis ut consimilis est in proprie contentione et ideo nichil prohibet planetam moveri alio motu quam circulari nec tamen erit contra naturam sed solum preter naturam etiam ponendo planetas moveri solum motu suorum eccentricorum et epiciclorum nullus enim motus erit nisi circularis quia eccentricus movetur circulariter similiter et epiciclus secus autem esset si planeta per se proprium motum haberet tunc enim motus eius non esset circularis licet esset in circulo.

Quarto queritur utrum celum sit figure sphērice et videtur quod non quia figura quadrata magis congruit simili quam rotunda. Sed celum est corpus simplicissimum ergo etc. Oppositum est primo celi et mundi

Secundo quidam dixerunt quod celum est figure semicircularis quia nunquam apparet nobis nisi dimidia spera. Sed istud non valet quia cum celum moveatur ab oriente in occidentem et rediens in oriente ut apparet ex motu astrorum sequeretur quod quandoque totaliter appareret. Sed autem est satis falsum dicendum ergo quod est figure sperice quod patet. Primo quia figura debetur primo corpori. Sed inter omnes figuras solidas prima est sperica. Celum autem est primum corpus ergo etc. Minor probatur quia naturaliter unum prius est multitudine et simplex composito. Sed sola figura sperica inter figuras solidas continetur una superficie sicut inter figuras superficiales solus circulus continetur una linea, cetere autem pluribus ergo etc.

Secundo quia figura capacissima congruit celo quod continet omnia. Quoniam quecumque alia figura contenta lineis vel superficiebus ergo etc. Et hec tamen solum concludit quod celum sit figure sperice secundum suum convexum. Sed quod continet omnia inferiora deorsum et non secundum suum concavum.

Tertio quia si celum esset alterius figure quam sperice contingeret quandoque quod corpus esset sine loco et locus sine corpore quia extra celum nichil sit nec corpus nec locus et celum continue movetur. Si esset figure angularis et anguli prominerent ceteris partibus contingeret per motum celi partes planas venire ad locum angulorum et tunc remaneret aliquid vacuum et e contra anguli venientes ad loca planarum partium ultra procederent in vacuum. Sed circa quintum secundum opinionem theologorum locum non habet quia ponunt ultimum celum scilicet empireum non moveri, cetere autem rationes sunt probabiles et non necessarie. Eadem in oppositum dicendum quod si figura quadrata magis congruit firmitati et hec proprie insignibus non autem firmitatis huiusmodi, celum autem vel firmamentum habet firmitatem huiusmodi non status in celum empireum et illa habet non a figura sed a natura que ad nullum motum inclinatur nec habet motorem sibi deputatum ut alie spere. Dis. 14

Secundum dixit deus fiat luminaria. Superius determinavit magister de operibus pertinentibus ad distinctionem; hic nunc determinat de operibus pertinentibus ad ornatum. Circa quod sciendum quod sicut tres dies assignantur operibus distinctionis, sic tres assignantur operibus ornatus. Dividitur prima pars in tres. Primo determinat de opere quarti diei; secundo determinat de quinti diei; tertio subiungit de quiete septime diei. Secunda ibi: Et nunc de formatione hominis tractemus. Tertia ibi: Jam de septime diei requie. Prima dividitur in tres. Primo determinat de opere quarte diei. Secundo de opere quinte diei. Tertio de opere sexte diei. Secunda ibi: Dixit deus producant aque. Tertia ibi: Sexto die dixit deus producat terra animam viventem.

Prima istarum dividitur in tres. Primo distinguit opera dierum ad invicem. Secundo determinat opus quarte diei. Tertio determinat quedam pertinentia ad illud. Secunda ibi: Quarta autem die celum terre elementis. Tertia ibi: Quod autem subditur et sint in signa. Tertia vero pars in qua determinat de opere septime diei dividitur in tres partes. Primo exponit quod deus quievit postquam opera complevit. Secundo quid sit diem sanctificare. Secunda ibi: Et est quod vii die. Tertia ibi: Iam etiam diem sanctificasse. Et hec est divisio et summa littere in generali.

In speciali vero sic procedit magister et ponit primo quod primis tribus diebus sine partibus est distincta universa machina mundi. Prima enim die facta est lux que universa illustrabat. Secunda die facta est distinctio superioris partis mundi id est celestis. Tertia die facta est distinctio partis inferioris scilicet elementaris. Quarta vero die ornatum est firmamentum sole luna et stellis.

Postea dicit quod celum quarta die ante alia ornatur quia prius et dignius in quo quidem sunt sidera locata a dispositoris parte illuminatorum ad hominum et quorundam animalium utilitatem et adiuvet decorem. Postea quod sidera et celi luminaria dicuntur facta in signa et tempora; et signa quidem aeris qualitatem vel aeree qualitatis vicissitudinem signant scilicet serenitatis et tempestatis. Tempora vero quia temporis partes distinguunt et tempora vel sunt in signa et tempora id est distinctorum horarum temporum quia suo motu horarum momenta notificant. Postea dicit quod de opere quinte diei ornate sunt aque et aer quia opus illius diei formatio piscium et avium de eadem materia scilicet de aquis. Postea dicit quod de opere sexte diei ornata sunt terra iumentis reptilibus et bestiis. Aliud subdit autem de animalibus venenosis quod creata sunt innoxia sed propter peccatum facta sunt noxia et de quibusdam aliis minutis animalibus dicit quod ea que ex elementis nascuntur tunc sunt creata, illa vero que ex corporibus non radi-

quod homo factus est tamquam dominus et possessor creaturarum ultimo. Postea ponit solutionem predictarum opinionum. Circa dicta ei disponit quod predictis mineralia omnia formata sunt ut supra dictum. Alii non dicunt omnia simul esse producta vel formata ut principales partes mundi vel minores ut non principales partes unde per sex dies sex rerum genera vel distinctionum signata dicunt quia distinctionem legis lator ponit rudi populo ipsi cum loquebatur cum descendendo vix potuit subtiliter dividere loquendo temporibus quod deus operando temporibus non divisit. Postea dicit quod alia die scilicet deus requievisse quia ultimus deus creaturam non condidit quod in se vel multiplicat vel in suo simili producta non fuit. Postea dicit quod deus complevisse opus vi. diei quia omnia perfecit et a die requievit secundum autem hebraicam veritatem dicitur opus suum alio die complevisse quia ultimum operis scilicet sanctificationem et benedictionem adhibuit vel quia completa vidit ultimo dicit quod dies septima dicitur sanctificationis in misterium scilicet quod nomen creature statim et huius et cetera.

Circa distinctionem xv. queritur primo utrum corpora celestia habeant aliquam causalitatem super ista inferiora. Et videtur quod non quia generans perfectius est patiente sed vivens nobilius non viventi ut vult Augustinus libro de vera religione. Ergo celum cum sit non vivens non potest habere aliquam causalitatem super inferiora saltem viventia. Item Damascenus dicit nos dicimus quod corpora superiora non sunt causa generationis eorum que generantur neque corruptionis eorum que corrumpuntur. In contrarium est quia quod habet causalitatem super supremum habet et super inferiora. Sed celum habet causalitatem super hominem qui inter generabilia et corruptibilia tenet supremum gradum. Homo enim generat hominem et sol ut dicitur ii. physicorum ergo etc. Responsio: Duo videnda sunt que tanguntur in argumentis primum de causalitate celi respectu omnium generabilium secundum de causalitate eius respectu viventium specialiter.
1. Primo quod celum habeat causalitatem super omnia generabilia et corruptibilia probatur sic alterans inalterabile ergo etc. Maior patet sicut enim omnis motus reducitur ad movens inmobile quod est prima causa omnis motus sic omnis alteratio reducitur ad alterans inalterabile quod est causa omnis alterationis. Minor similiter patet quia alterans inalterabile non est nisi celum quia non movetur immediate ad formam sicut potuit ergo quod virtus alterans que dat formam nec aliquid corporale est alterans inalterabile quia omnia generabilia et corruptibilia sunt alterabilia relinquitur ergo quod hoc sit celum. Circa secundum est 2.
intelligendum quod quidam dicunt quod celum non sit vivens quia tamen movetur a substantia vivente scilicet ab intelligentia virtute eius potest aliquid vivens generare. Sed istud non videtur quia si celum in virtute intelligentie posset aliquid vivens generare istud esset vel per motum ab intelligentia causatum vel per aliquam virtutem ab intelligentia influxam non per motum quia sicut patebit motus localis non potest esse ratio aliquid agendi et nunc supponatur quia postea probabitur nec per aliquam virtutem celo influxam quia vel esset influxa immediate ab intelligentia vel mediate motu non immediate quia intelligentia non agit ad formam immediate nec mediate motu quia per motum localem qualis est motus celi non acquiritur. Ex hoc arguitur sic quod non acquirit virtutem agendi non acquirit virtutem aliquid producendi. Sed celum ab intelligentia movente ipsum non acquirit aliquam virtutem agendi ut probatum est ergo etc. Ideo dicendum quod sicut in semine quod non est vivens est virtus generativa rei viventis propter quod semen decisum est a vivente sic in celo licet non sit vivens est virtus generativa rerum viventium non quia motu ab intelligentia nec quia virtus sit ei influxa ab aliqua intelligentia creata sed quia productum est a deo tamquam quoddam semen omnium generabilium et corruptibilium et sic celum agit in virtute dei ad productionem viventium sicut semen equi in virtute iuventutis equi generantis ad producendum similem equum. Per hoc patet ergo ad primum etc. Ad secundum dicendum quod Damascenus intendit negare a corporibus celestibus causalitatem primariam quam aliqui eis attribuebant dicentes planetas deos esse non autem causalitatem omnimodam.

Secundo queritur utrum celum habeat causalitatem super actus liberi arbitrii. Et videtur quod sic quia per motum astrorum predicunt astrologi multos eventus

bellorum et aliorum que ad actus humanos pertinent. Sed hec non essent nisi motus corporum celestium haberent aliquam causalitatem super liberum arbitrium, ergo etc. Item quod est causa posterioris est causa posterioris secundum esse precedit agere; ergo quod est causa eius quod est agere. Sed celum est causa cuiuscumque adesse quod habet in corpore, quia homo generat hominem et sol, ergo est causa actionum cuiuscumque in corpore. Tales sunt actiones liberi arbitrii, laudantur vel vituperantur. Primum est quia sunt actus liberi arbitrii secundum dispositiones que laudantur vel vituperantur. Sed dispositiones que insunt nobis ex actione corporum celestium non laudantur nec vituperantur, cum non sint in potestate nostra, ergo etc. Pro intelligendo est quod aliquid habere causalitatem super actum vel motum alterius contingit dupliciter: uno modo scilicet vel impediendo, secundo modo per se, vel quia dat naturam ad quam sequitur motus vel actus. Sicut generans quod causat motum gravis dando gravitatem ad quam sequitur motus vel in natura supposita non impediendo, sicut prohibens lapidem sursum est causa motus eius sursum, et utrumque horum habet per se causalitatem super motus gravis; non per se sed per accidens sit prohibens, puta auellens columpnam gravi superiori prohibente grave descendere deorsum dicitur movere ipsum. Habet etiam aliquid causalitatem super actum alterius impediendo ipsum dicitur uno modo directe, sicut contrarium dicitur productus, quia aqua frigida impedit ne ignis comburat lignum dum prevalet aqua vel extinguendo ignem vel infrigidando et humectando lignum ut non sit aptum combustioni. Alio modo quasi indirecte, solum subtrahendo subiectum obiectum, et sic elongans lignum ab igne impedit ignem a combustione ligni. His visis patet quod celum quamvis non habeat causalitatem super actus liberi arbitrii primo modo scilicet dando naturam ad quam sequitur actus, quia illud ad quod sequitur actus liberi arbitrii est potentia intellectus et voluntatis, et quamvis non causatur a virtute celi, patebit inferius dist. xviii, ergo etc. Item nec secundo modo scilicet impedire liberi arbitrii impediendo ipsum actum vel motum, quia bonum et malum quod inest nobis ab extrinseco nullo modo potest habere rationem culpe vel meriti, sed solum pene vel premii sed actus liberi arbitrii. Sunt in nobis rationem meriti cum sunt boni vel culpe cum sunt mali, ergo non sunt impositi nobis

liberi arbitrii ab extrinseco puta celo minor de se patet, probatio maioris quia secundum Augustinum primo de libero arbitrio est malum quod patimur et est malum quod facimus. Malum quod patimur est malum pene et ex illo malo secundum ipsum non dicimur mali. Malum quod facimus est malum culpe ex quo mali sumus, et idem est intelligendum circa bonum, nam sicut malum quod patimur non est culpa sed pena. Sic bonum quod patimur ab alio non est meritum sed premium vel donum. Si autem celum imprimeret in potentia liberi arbitrii ipsum actum bonum vel malum, tunc esset solum bonum vel malum quod patimur et non facimus, ideo etc. Et iterum nec pure passivum potest liberi arbitrii, quia in potestate pure passivi non est quod possit pati vel non pati vel contrario pati, patitur pure actio. Sed si velle causaretur in voluntate a corpore celesti, voluntas respectu eius esset pure passiva, quia secundum non concurrit ut causa efficiente, ergo voluntas in volendo vel eligendo non esset libera, et ita qui ponit quod celum possit imprimere in liberum arbitrium destruit libertatem arbitrii, sic ergo patet secundum. Sed utrum prevaleamus ad tertium membrum, scilicet an celum possit agere in liberum arbitrium indirecte sicut removens prohibens. Sed primo videndum an liberum arbitrium possit impediri vel prohiberi ab actu suo per actionem corporis celestis, et dico quod non directe sit aliquid impedire proprie productus, quia nihil impedit per se actum alterius nisi ponendo actum suum circa idem subiectum cum actu alterius, ut patet in exemplo supposito de aqua respectu ignis et ligni, et ratio est quia contraria comparantur se in diversis et solum impediunt se respectu eiusdem. Sed celum nullam impressionem potest habere in liberum arbitrium ut statim probatum est, ergo etc. Item sicut se habent velle et eligere ad prosecutionem, sicut se habet in naturalibus inclinatio rei ad motum sequentem, velle enim et eligere non sunt aliud quam inclinatio voluntatis in suum volitum, prosecutio autem est motus in rem. Sed nulla res potest impediri a sua inclinatione stante natura rei, licet possit impediri a motu sequente, sicut grave non potest impediri quin inclinetur deorsum manente sua

desinit

[illegible]sitate ex tunc loco deorsum ad quem inclinatur potest tamen impediri ne moveatur deorsum ergo similiter voluntas pro tanto volibili non potest impediri per se ne inclinetur libere in illud quod intellectum est sua volitio seu electio potest tamen impediri per secutione voliti ∴ Et nunc restat considerare de isto membro minori et tertium membrum obmissum applicabitur videtur ergo ut [illegible] possit impediri per actionem corporis celestis indirecte removendo obiectum et patet quod sic quia omne quod fit per solam alterationem corporis subiacet actioni corporis celestis quia celum cum sit alterius inalterabile est causa omnis alterationis ut dictum est impeditur hoc sed impedimentum electionis voluntatis probatur tamen ubi fit per solam alterationem corporis ut patet in profundo sopno intenso ligatis plene viribus spiritualibus in infirmitatibus intellectum suum ubi intellectus non potest deliberare nec voluntas eligere et hoc modo impeditur omnino ratio a deliberatione et voluntas ab electione Alio autem modo impeditur non totaliter sed solum a debito actu ratio quando aliqua contingit deliberatione ut voluntas a debita electione quod fit per alterationem non ligantem omnino vires spirituales sed in vitiantem eas a debita dispositione sicut est in frenesi et similibus infirmitatibus in quibus non potest esse nec plena deliberatio nec libera electio quia ratio non potest plene considerare circumstantias nisi propter motum et turbationem fantasie quia reputatur ei sensum ubi nec fantasia movetur contrarium voluntas predicante maiori motu alterationis sic igitur patet quod celum habet causalitatem [illegible] impediendo actum eius indirecte per impedimentum virium spiritualium ∴ Et per illud patet quod habet causalitatem super ipsum causando actum eius ut removens prohibens quia sicut vires spirituales ligantur vel liguntur per alterationem sompni vel infirmitatis sic solvuntur vel [illegible] per contrariam alterationem sed corpus celeste habet causalitatem super omnem corporalem alterationem ergo etc. ∴ Et tamen obiectum obiectum voluntatis est illud quod reputatum est ei

subiectione boni sed per alterationem factam circa corpus unum aliquid apparet magis vel minus bonum sic a celesti corpore venerea appetunt delectabiliora [illegible] secundum autem minus ergo per alterationem factam in nos a corpore celesti potest voluntas plus vel minus moveri ∴ Ad primum argumentum dicendum quod iudicium astrologorum de futuris potest habere ad litteram non est certum sed deficit in multis contingit tamen eos quandoque vera predicere propter hoc quod multi homines sequuntur suum appetitum sensitivum in quem imprimit corpus celeste et inclinationes que repugnant intellectui et voluntati sine obiecti subiectione boni vel melioris quod tamen intellectus potest discernere et consequenter voluntas libere refutare quod faciunt virtuosi viri et astrologi dicunt quod vir sapiens dominabitur astris ∴ Ad secundum dicendum quod celum non est causa anime quantum ad esse quod habet in corpore in sui dispositione quia esse anime in corpore est a deo qui eam creat infundendo et infundit creando corpus autem celeste solum est causa dispositionis subiecti et similiter modo celum non habet causalitatem directam super actiones proprias anime inclinando voluntatem vel [illegible] directe impediendo sed solum indirecte quantum dispositio corporis facit ad receptionem obiecti modis quibus expositum est

cadente exemplum ut pro dictis = Sed quia
in potestate voluntatis fuit vitare ipsum ergo etc. = Ad
1 argumentum dicendum quod licet contrarius eodem modo se habeat
ad invicem ut plus quantum ad operationem et omis-
sionem non tamen quo ad obligacionem quia precep-
tum affirmativum tamen oppositum omissio obli-
gat pro determinato tempore pro quo solum omissio
habet rationem culpe = Ad 2m dicendum quod non est simile
de bono et de peccato quia bonum consistit ex
tota causa malum autem ex particularibus defectibus et ideo ad
bonum requiritur actus bonus ad peccatum autem suf-
ficit defectus actus vel bonitatis in actu

Postea queritur utrum peccatum consistit in actu
exteriore et videtur quod non / quia actus voluntatis
est medius inter actum exterioris et interioris co-
gitacionis sed interior cogitacio per se nunquam est
malum quamvis sit de malo ergo nec exterius
opus ut videtur ¶ Item actus exteriores sunt
communes nobis et brutis sed in brutis tales actus
non sunt culpabiles ergo nec in nobis = In
contrarium est / quia quod est contrarium precepto est peccatum sed
non solum actus interiores verum et exterio-
res contrariantur preceptis divinis quorum quedam
sunt certe de actibus exterioribus ut non oc-
cides non mechaberis non furtum facies
et cetera ergo etc. = Respondeo sicut apparet ex predictis peccatum
dicitur absentia de finem operis vel debite
perfectionis in opere culpa autem dicitur spe-
cialiter defectum bonitatis moralis in opere
voluntatis que sola est in potestate operantis
¶ Item actus exterior potest comparari ad virtutem
principaliter elicientem ipsum vel ad voluntatem imperantem
hoc supposito dicendum quod peccatum potest consistere in
actu exteriori sed per se comparatur ad virtutem
principaliter elicientem ipsum sed culpa non potest con-
sistere in actu exteriore per se sed solum ut comparatur
ad voluntatem imperantem sicut patet quia opus quod
non est directum ut contingit esse peccatum sed talis
opus est actus exterior per se sicut claudi-
catio non est ambulatio directa ut contingit bo-
no pedi et sic potest esse in aliis ergo etc.
= Et hec non claudicatio et eunte ad ec-
clesiam peccatum est rectius quam intentio eunte
ad lupanar bonus Et licet bonitas vel
peccatum non sit moris sed [illegible] = Et sic apparet

quod culpa vel peccatum in moribus non potest con-
sistere in actu exteriore per se sed solum ut com-
paratur ad voluntatem imperantem quod patet duplici quia
sunt in actu culpabili scilicet malicia moralis
que est ex defectu conformitatis ad rationem rectam
et ex imputabilitate eius primo sic in oculis
ordinatur ultimum non habet rectitudinem ad
primum nisi per medium sed voluntas et ac-
tus exterior habent ordinem essentialem ita quod
actus voluntatis medius est inter actum rationis et
operis exterius ergo operis non est natum re-
gulari per rationem nisi mediante voluntate sed sic licet opus
exterius habet bonitatem moralem vel maliciam
quod natum est regulari per rationem ergo etc. = 2o patet
idem ex eius imputabilitate quia per hoc aliquis actus
est nobis imputabilis quod est in potestate nostra sed
actus exterior solum est in potestate nostra comparatus ad
voluntatem imperantem non autem comparatus solum ad formam
in mente principaliter hoc non modo est per se malum sed per
modum voluntatis ergo etc. = 3o patet idem per rationem
generalem vel quia in nullo est culpa essentialiter et per
se in aliquibus autem solum concomitanter et non per se
quo posito sunt aliquid habent rationem culpe
aliis autem positis sine eo non est culpabile sed
posito solo actu voluntatis vere et complete ponitur
culpa aliis autem positis sine ipso non est culpabile
ergo etc. = Ad 1 argumentum dicendum quod non est simile de
actu exteriore et de cogitacione interiore quia utraque
per omnes manet in positione et non corpore et ideo
in opus sequens voluntatem redundat culpabili-
tas voluntatis non autem in cogitacionem precedentem
nisi assensus eius subiaceat imperio voluntatis
sicut est in peccato infidelitatis tunc enim assensus
cogitacionibus in hiis que sunt fidei contra
= Ad 2m patet per ea que predicta sunt

Sciendum tamen est Et huius magister ponit
opinionem circa peccati quidditatem licet more suo
quodam incidente quodam / et primo facit hoc / 2o circa
determinata more alia dicunt / 3o recapitulat
determinata ibi Id autem diligenter adnotandum
est etc. ibi Satis diligenter eorum prima di-
vidit primo ostendit quod peccata sunt pena peccatorum
2o inquirit per quem modum est ibi Restio ini-
quo quidem hic dicitur in 3 primo ponit unum
modum quo peccatum possit dici pena peccati
2o excludit quoddam dubium 3o ponit
alium modum quo peccatum posset dici pena
declarando in omnibus peccatis generaliter
et in quodam specialiter Et est et licet ex hoc sunt
est vel inimico autem prudenti et hic est prima
et divisio lectionis in generali = In speciali

a sit p̄cedit m̄r ⁊ ponit p̄o q̄ pc̄ta que
dā s̄t pena pc̄torꝫ l̄r nec n̄ pc̄m uel ē
pc̄m ⁊ cā pc̄i uel pc̄m ⁊ pē pc̄i ul
pc̄m ⁊ cā pc̄i ⁊ pē pc̄i postea q̄rit
quō hoc sit p̄oīe cū enī omīs pē p̄c̄i
iusta sit ⁊ a dō sit Si pc̄m in q̄ntū pt
pē ē a dō ē Si a' nō ē pē in q̄ntū pc̄m
ē s̄ rōne sui effectus q̄ ē corꝫ quedā nō
ē pc̄m in q̄ntū pc̄m pena s̄ effectus pc̄i
ē pē postea d̄r q̄ p̄ h̄ue s̄s̄m omē pt
d̄r pena s̄ nō omē pc̄m ē pē pc̄i s̄
illa s̄m pc̄ta d̄r pē aliorꝫ pc̄torū
q̄ cāunt ab aliis sunt cū in tēd̄. ē nō
ipa pc̄ta s̄ iporꝫ effectus penales esse
ut d̄m ē postea d̄r q̄ a° nō pt inte
q̄ q̄dā pc̄ta essent l̄r pena s̄t nō cū
in q̄ntū pc̄m s̄ in q̄ntū pē a dō s̄t ⁊ h̄ cō=
firmat qui d̄r rebellioz carnis ad
sp̄m pēīn esse ⁊ iuste infligi m̄r. a
d̄r q̄ quedā pc̄ta s̄ p̄ñl d̄r pene
q̄ penales s̄ūt passiōe ānexa sic
ira ⁊ inuidia que cū pa° nō d̄z d̄.
pc̄m postea d̄r quō d̄z intē q̄ aug̃
d̄r quedā pc̄ta sūt ex n̄cāte cū ꝟ̄ag̃ d̄i=
cit s̄p cē impt̄āte hōīs p̄tare et
nō p̄tare ⁊ uidet q̄ aug̃ i' de ue
malibus lo' nō de mozlib; suppo
to cū admiculo grē uel alr̄ q̄ s̄d
lo' s̄ statū hōīs cū pc̄m aug̃ a
p⁹ pc̄m ultio nō recapitlat p̄ dc̄ta
in p̄ te s̄ tc̄i ⁊ d̄r q̄ om̄s act⁹ boni
s̄t nō solū q̄ntū ad cōēm act⁹ s̄ ⁊ ep
gīe ut dāe eliām indigenti aliq̄
sunt boni q̄ntū ad essēcā act⁹ ⁊ q̄ntū ad
genꝰ ⁊ q̄ntū ad cām q̄ fuit ex b̄ā uolte
⁊ p̄ bonū finē ⁊ isti s̄t p̄fc̄e boni ⁊

Q̄rita d'. ista p̄° q̄. utrū h°c dc̄t=
pc̄m sit cā pc̄i ⁊ ur̄ q̄ nō / q̄
fac̄e ē sibi actus p̄fā ut pȝ ex in=
uectl̄e s̄ pc̄m nō ē ad p̄fcm s̄ est
defc̄s debite p̄fcōis / g° nō pt
facē ē sibi s̄ si pc̄m cāret sibi pt
facēt ē sibi g°. ⁊ ꝟ̄ste mot⁹ nō est
mot⁹ q̄ esset p̄cess⁹ in i finitū ut
d̄r ur° phī g° ⁊ p̄ eandē rōm pc̄m
nō ē cā pc̄i q̄ esset p̄cessus i infi
nitū q̄ q̄ rōne unū pc̄m ess̄ cā al
teius pc̄i eadē rōne ⁊ id. q̄dā alti⁹
⁊ sic s̄p = In q̄rm ē q̄ q̄ actibus

pc̄torꝫ cā^z h̄it⁹ mali⁹ ex h̄itu malo
cāut actꝰ mali ⁊ uicōsi g° a p° ad
ultī ex pc̄tō cā^z pc̄m ⁊ ꝟ̄ pc̄ō o=
missionis ē solus defc̄s in pc̄tō a'
cōmissiōis ē actus ⁊ defc̄s q̄ntū ad g°
pc̄m rōne solī⁹ defc̄s q̄tingit unū
pc̄m eē cām alterius p̄ actus s̄ p̄ mō'
remouēt̄ phibus q̄ q̄ inclinat i unū
p̄b̄ motū in q̄rm s̄ g° inclīat ad bō'
sū g° sit h̄it⁹ cātus sine b̄ūp̄licatu
sp̄ale dei g° p̄hibet motū uel lapsū
in pc̄m ⁊ defc̄s pc̄i ē p̄ nō g̃re
nō q̄nidē effīcie s̄ nuto° uel q̄ cōi
tāe g° pc̄m ē cā mot⁹ uel lapsus
in q̄ cū q̄ aliud pc̄m sic remouēs
p̄hibens l̄r a' solū ē ē uīn d̄ p° pc̄tō q°
p̄ut g° q̄ p̄cedēcia pc̄ta g° nō toll'
= Si a' q̄sid̄e pc̄m q° ad actū sicut
unū pc̄m pt eē cā alterius p̄ mō cē
final̄ effic' ⁊ iul' dc̄a final̄i pȝ sic id
q̄ s̄ rōm cōuenientīs boni r° alterius
pt h̄e rōm finis r° eius s̄ unū pc̄m
pt h̄e rōm cōuenientīs boni r° al
teius g° ⁊ minor p̄ ba^z ab n. credit
bonū cē formctā q̄ cū nō pt h̄ fac̄e
in fidet dāe a' nō pt cū sit pauper
q̄i finē p̄ oīs eligit furari = De
cā uō effic' pȝ b^r q̄ id. q̄ ē dispo incli
natus cāmi agente ad simile actū
ē a° nō q̄ nō ē cā agens cā effic'
illius act⁹ s̄ un⁹ act⁹ pc̄i ē dispo
inclinatus ad simile actū aliās
nūq̄ ex actibus cāre^z h̄it⁹ g° ⁊
= Dico a' a° nō q̄ nō ē cā agens
uel rō agendi s̄ quedā dispōīo pina
ad simile actū De cā uō mal̄i pȝ idē
q̄ obiī cē q̄ exēre^z act⁹ s̄ rōm ma
r° eius s̄ act⁹ un⁹ pc̄i ē h̄i⁹ r° act⁹
alterius pc̄i pugn^z n. de actib; ue
nēis ⁊ = sic a' m̄ uotat^z cū sumpc̄e
obiī q̄ nō ē m̄ in a' uel ex q° que
p̄ec s̄ rōm ma⁹ ⁊ ē m̄ cē q̄ p̄
nō gen⁹ cē formalis un⁹ actus pc̄i
nō pt cē cā alterius q̄ for^e nō ē for
p̄ec bō = Ad i. a° d̄d' q̄ s̄ pc̄m
nō sit ad p̄fcm in gn̄e mōis ē cū
ad p̄fcm s̄. eē nō ⁊ io quō ad h̄ pt
eē cā alterius pc̄i p̄ se quō ad d̄fcm
a' mortale solū ē cā ut remouēs
p̄hibens = Ad s̄. d̄d' q̄ pc̄m i q̄ntū pc̄m

non est causa peccati sicut nec motus est causa motus in quantum motus. Non tamen prohibet aliquod peccatum esse causam alterius sed ad spiritualem receptum in eo sed quia removet prohibens ut primum peccatum per quod amittitur gratia vel ratione spiritualis habitudinis actus ad actum modis quibus dictum est.

Secundo queritur utrum peccatum sit pena peccati. Et videtur quod non quia pene sunt medicine ut dicitur secundo ethicorum et in eodem dicitur quod pene sunt medicine ut per eas homines reducantur in bonum virtutis sed per peccatum non reducitur homo in bonum virtutis sed in oppositum ergo etc. In contrarium est quod dicit Augustinus confessionum: iussisti domine et verum sic est ut sibi pena sit omnis inordinatus animus sed inordinatio animi est malum culpe ergo etc. Respondeo dicendum sunt duo. Primum est quod peccatum non est pena peccati per se loquendo. Secundum est peccatum quod potest esse pena peccati concomitanter et per accidens. Primum patet quia sicut se habet habitus ad habitum sic privatio ad privationem sed bonum oppositum malo culpe et bonum oppositum malo pene non sunt idem bonum ergo malum culpe et malum pene non sunt idem malum culpe in quantum per se est pena mala patet in probatione quia bonum quod privatur per penam pertinet ad primam perfectionem seu integritatem vel bonum autem quod privatur per malum culpe est pertinens ad perfectionem secundam que est operatio. Ideo non possunt esse unum idem etc. Secundum sic patet videlicet quod in malis contingit in idem coincidere actionem et passionem vel aliqua ab invicem differentia in quibus concomitantur sicut culpa et pena culpa enim ut dictum est frequenter est malum in actione pena vero in passione abiciente quod pertinet ad primam vel integritatem sed in pluribus actibus multis actio et passio concomitantur sicut sunt ira et inordinata concupiscentia que sunt quedam anime operationes secundum quas immoderate corporis ad debitam et convenientem dispositionem in indebitam secundum actus corporis sic habent inse actionibus et ad passionibus in quibus homo recipit ratione alterius et alterius pertinet et in quibus passiones sunt lassitudines et pene sunt in quantum actiones sunt si sunt male sunt ratione culpe et ideo dicuntur sunt mali id est passiones vero lassati sui in ma[illegible] etc. ergo sicut concomitantur se actio mala et passio sit culpa et pena et ideo etc. Ad obiecta. Ideo contingit idem esse nocumentum et penam secundum concomitantiam et non per se et essentialiter contingit vel bonum et nocumentum in asti et (?) acta ad quod sequitur passio et pena in corpore actus et corporales et bonum (?) per (?) et sicut et mali ideo redemptibilitas pene cum culpa vel tamen nocumento est concomitata et non essentialiter. Ad argumentum in oppositum dicendum quod ipsum quod homo laborat et detrimentum patitur in peccando

nocumentum est et ideo homines apertos et ideo pena admixta culpe ratione sed merito admixta autem merito auget ipsum.

Tertio queritur utrum omnis pena inferatur propter aliquam culpam. Et videtur quod non quia cum dicitur videre quod peccatores prosperantur et quod innocentes puniantur sed primum frequenter reperitur secundum illud "quare via impiorum prosperatur bene est omnibus qui prevaricantur et inique agunt" ergo videtur quod reliquum possit invenire scilicet quod innocentes puniantur. Igitur pena quandoque infligitur propter sine culpa. Item secundum dicitur 10 decretorum pene 11 quod peccatum non facit neque dolus in vetus est in more cuius et tamen idem dicit quod passus est pro nobis ergo pena non propter aliam dispensationem per culpa. In contrarium est quod dicit Ieronimus quod quod patimur peccata nostra meruerunt ut. Respondeo dicendum sunt duo. Primum est quod omnis possibilitas pene est in nobis a culpa. Secundum est quod non omnis pena quam patimur infligitur nobis nunc a deo vel ab homine propter aliquam culpam. Primum patet ex hiis que dicta sunt etc. 20 quod mors et alii defectus penales sunt in nobis a peccato saltem sicut a causa removente prohibens. Secundum patet quod si pena propter infligitur propter aliquam culpa vel propter actuali vel propter originali non propter actuali quia in infantibus inveniuntur quandoque pene in quibus nulla est culpa actualis sicut in pueris nuper baptizatis in quibus sunt egritudines nec privationes demonum et similia. Item nec propter originali quia culpe originali non debetur pena sensus sed dampnum sed ipsa passibilitas pene contraxit propter peccatum originale modo quo dictum est sed multe pene contingunt hominibus ut dicere patet sicut non omnis pena infligitur per culpam quod concedendum est sed infligitur quandoque ab hoc sunt ministre absque aliqua culpa patientis et adhuc non quidem iniuste cum sit dominus vite et mortis sed instantiam quod contingit iustis hominibus sic tractat liber Augustinus super Genesim ad litteram dicens quod quandoque hominibus flagella contingunt vel ut iusti merita per flagella augeantur ut Iob vel ad custodiam virtutum ne superbia temptet ut Paulo vel ad corrigenda peccata ut Marie leprosa vel ad initium pene ut habetur de quo in inferno scriptum est ut Herodi vel ad gloriam dei manifestandam ut ceco nato in claudibus et multorum morborum pena non infligitur propter aliquam culpam nec omnino inprimo et ultimo ut dicere patet. Ad obiecta. Ad primum argumentum dicendum quod cum malum nullum sit integrum ut dicit Gregorius et nullus est adeo impius qui aliquid boni habeat quod adeo

sic remittatur in minimis bonis scilicet temporalibus
sed bonum potest esse integrum absque omni ma
lo et inflicti nichil est puniendum quod si aliquis
patiatur hoc est vel ex conditione nature sicut delic
te sunt in egritudinibus et aliis passionibus
vel quia ab alio infligitur iniuste sicut sunt
inflictationes iniuriis vel quia adeo intromittitur
dispensatione maioris quod dictum est = adde secundum dicta
quod patet quia Christus passus fuit ordine sicut
ad culpam non quidem sed propter penam
debitum omnibus in nobis Christus pro pena quam protul
lit exposuit dictum ad Ioh. adductum
contrarium est intelligendum ut in pluribus raro enim
contingit aliquem esse adeo innocentem
qui plus peccet quam patiatur vel intelligendum est
non de actuali passione sed de passibilitate quam
omnes excepto Christo contraximus ex peccato primo
Sunt autem alii | sicut dictum est
supplicium. Contra quod magister ponit opinionem
quorumdam circa conditionem peccati hic non pot
opinionem contraria et dicit quod propterea in primo debet in
tentum suo subiungit quidem in quo ambe
sunt opiniones scilicet quod licet omnes in hoc
consenciant scilicet dicit impossibile quia primo ponit
opinionem secundo sub opinionem illam vindet ad ratio
nes aliorum patet tertio oppositum dicitur primo opinione
est ibi Illa quoque eorum verba secundum est ibi Ex quo
colligitur iste aliquos esse que et iusticie est
summa et dico hoc in generali In speciali non
sicut procedit magister et propositum primo quod quidam sunt
opinati voluntatem malam et actum malum
non adeo esse non bonum esse sunt non peccata peccatum
enim est postea dicit quid est quod contrarium minuit
sed quod omne quod est in quantum est bonum est intelligendum
est sed tamen eos contrarius quod inale et subiale esse
sunt peccatum quod non habet tale esse postea op
ponit contra dictam opinionem per duas rationes scilicet
quod prima talis est id est probatio quod hoc sit dictior
quod peccata sunt adeo sed secundum tale est nichil
deus non est auctor sed peccatum nichil est quod
non habet deum auctorem concludit postea
quod dicit quod omnino a quo sit deus est auctor non
rum intelligendum est de peccatis naturalibus ut videtur
sicut supra dicebatur sed de omnium eo quod vitiam
non viciat et non peccatum sub ista generalitate
in intellectu ultimo dicit quod quando dicitur deum non
esse auctorem malorum intelligendum est de malis
culpe in hoc enim omnes consentiunt non
de malis pene quia tamen alibi legitur quod deus

mortem non fecit intelligendum est quia non fecit peccatum quod est
causa mortis ipsam tamen mortem que est pena est
adeo et iusta est et cetera
Queritur de ista parte primo quia utrum actio peccati sed quod
actio sit adeo secundo utrum quod non quia fulgentius
dicit quod illius cuius deus ultor est eius non est auc
tor sed deus est ultor peccati quantum ad ipsam
actionem ergo et cetera probo minorem quia sicut peccato
videt peccatum dampnum ratione aversionis in
qua consistit defectus ita videtur ei peccatum ... 
ratione conversionis in qua consistit actus
Item defectum non assignatur causa nisi ratione actus
ubi ergo actus et defectus sunt inseparabiles quod
quod est causa actus est causa defectus sed in actione
peccati puta in verbo blasphemie actus et
defectus sunt inseparabiles ergo cum deus non
sit causa defectus alioquin deo imputaretur
peccatum videtur quod non sit causa actus In contrarium
est quia quod non est causa actus non est causa effectus
producti per actum sed per actionem peccati aliquid ef
fectus in esse producitur generatur enim homines ex
adulteriis si ergo talium actionum deus non esset
causa per quem non homines quibus actionibus
generantur quod est inconveniens = Pro dicta sunt causa primi
est quod deus est causa actionis peccati ... et pro
hoc est quod non est causa eius proxima et inmedia
ta tertium est quod ex hoc non potest deo imputari culpa
primum patet quia aliquid est ens et virtus et opo
salte(?) mente sed omnis essencia est adeo ergo et cetera
sed patet ex hiis que dicta sunt contra de primo
dicendum prima huius libri tertium patet sicut actio non debet
imputari agenti non sed quod ab ipso procedit
sed actiones liberi arbitrii non procedunt adeo non
sunt indetermina ad bonum et malum ergo et minor
probatur quia deus non est causa actio nisi liberi arbitrii
non quia ab ipso est liberum arbitrium et conservatur sed liberum arbitrium
in esse consumatum ad hoc est indifferens ad elec
ctionem bonum vel malum nec declinatio eius
ad malum est adeo ergo actiones liberi arbitrii non
possunt deo imputari sed quod contra ... non sed indi
fferencia ad bonum et malum dicit alius sed quod contra
cursum quia forsan deus ex beneplacito
suo liberum arbitrium inclinat ad bonum nec in quantum
tamen ad malum ut sic liberi actio deo impu
tari possit nisi tamen mala et si ratione
huius dicendum intelligat aliquid quod deus est
causa malarum actionum in quantum actiones sunt
et non in quantum male verumtamen quia omnes huius actiones
reduci possunt in deum sed indirecte et ...

per deviationem ad malum quia non primum actionum
naturalium sunt deviata ad unum ideo actiones
naturales corporis deo attribuuntur et quantum ad essentiam
actus et quantum ad deviationem eius. = Secundo non
similiter aliqua singularis actio prima si ad
ultimum quia si se separari non potest a deformitate
culpe impossibile est quod deus sit immediata causa
talis actionis non solum propter rationes predictas
sed quia ratio esset causa deformitatis ita quod sibi
attribueretur defectus sicut et actus quod patet ad
defectum culpabilem tamen contingit sic quod defectus
culpabilis non causatur ab agente quia culpa
est malum quod facimus defectus vero non cul-
pabiles aliunde causari possunt scilicet ex indispositio-
ne sicut tybia claudi non potest recte incedere
sed non sit defectus ex parte virtutis gressive sed
ex dispositione membri ad hoc ut quod defectus sit cul-
pabilis oportet quod sit in potestate agentis quia que non
sunt in potestate nostra non sunt nobis culpabilia
Item requiritur quod defectus non sit ignorantius
ignorantie que excuset ex quibus sic arguitur omnis
defectus culpabilis in primo agenti producenti
et libere sicut actum dominum et non ignoranti
defectum si igitur deus immediate causat actum
huius adulterii cum non agat ex necessitate nec
sed libere habens plenum dominium actus nec ignoret
defectum adnexum non video quin sibi de-
beat ad culpam imputari sicut et homini tale
malum quod homini contingit cum quare
tollit excusare vel culpam alleviare
Item quando duo sunt connexa inseparabiliter
quicumque sciens utrumque eligit unum eligit
et alterum quia aliter si id non eligeret alterum quia ma-
lum ex quo tamen connexum est ei quod vult nec separa-
ri potest ab eo necesse est quod utrumque velit sicut patet
in voluntariis mixtis cum quis proicit merces
in mare propter salutem quas tamen si se non vellet
proiceret tamen igitur deus non ignoret defectum con-
nexum actui si vult unum vult et alterum
non separatur aut non sciens et volens igitur etc.
= Ad primum argumentum dicendum quod deus non est immediate actor
huius actus illius peccati sed mediate libero arbitrio et in-
putatur homini vel mala actio vitie sue libertati
que se deviat ad hoc vel ad id et sic imputatur
ei ad culpam vel meritum sicut premiatur vel punitur
= Ad secundum patet solo per predicta que etc. vel quod con-
cluditur = Ad argumentum in oppositum dicendum quod per actionem
peccati nullus effectus est esse producitur actio enim peccati
vel est interior actus voluntatis per quam nihil constituitur
vel actus exterior in privatis qui est motus
localis solum per quem nihil acquiritur et ideo per actionem
peccati nullus effectus producitur sed verum est quod per ac-
tionem peccati activam et passivam naturalia ad proxi-
mum quia sit per actum adulterii commixtio semi-
nis viri cum semine mulieris quibus approximatis sequitur
actio naturalis corporis et effectus quorum utrumque deo
attribuitur non ut procedens ab actione peccati propter eam.

Deinde queritur utrum deus sit actor mali pene. | Videtur quod non | quia omne
malum est preter intentionem agentis nihil enim as-
piciens ad malum operatur sed in actione divina
nihil potest contingere preter eius intentionem quia quod
non est intentum non videtur esse premissum ordinatum
aut similiter a deo premissa igitur etc. = Secundo contra
ad eundem pertinet remuneratio bonorum
et punitio malorum sed dei est remunerare
bonos igitur et punire malos hoc autem fit per in-
flictionem pene igitur etc. = Respondeo dicendum quod deus est
actor mali pene non tamen potest esse cuiuslibet
pene actor immediate primo patet quod a deo malum
est negandum ut quod sonat in aliquam imperfectionem
sed esse actorem mali pene non sonat
in aliquam imperfectionem igitur etc. maior patet minor
probatur quia malum pene sive sit pena dampni
sive pena sensus consistit in passione passi aut non
est in agente sed in passo propter quod malum pe-
ne defectum ponit in paciente et non in agen-
te defectus enim vel est nec vel moris tantum
quod penam inferat non arguit imperfectionem nec
agentis sed magis perfectionem nec in proprio dominio
virtutis = Item nec arguit defectum moris quod
contingit penam iuste infligi et tunc
infligitur absque culpa ideo etc. = Secundo patet
quod deus non est immediatus actor illius pene
que infligitur actione culpe sed quedam pe-
ne sunt huius sicut omnes que ab hominibus
iniuste inferuntur igitur etc. = Ad argumentum in oppositum
dicendum quod malum in quantum malum nunquam est intentum
verumtamen non a deo sed nec per se id quod est malum
nec est bonum in genere moris sicut est de
pena iusta et hoc modo potest esse intenta sicut
malum etiam ratione unius potius ratione bonum.
malum est quod tamen ratione bonus quia ex morte eius
generatur immediate bona et in tuta et sic est in
omnibus bonis ideo etc. = Ad secundum et assumitur
omne premissum sit intentum quod non est verum quia
permissio tamen pertineat ad intellectum est omnium tam
bonorum quam malorum intencio autem cum
sit actus voluntatis est solum bonorum etc.

Postea querit quid plus habeat rationem mali culpa vel pena et videtur quod pena quia sicut in bonis id est melius propter quod aliquis dicitur bonus ita in malis id est peius propter quod aliquis malus; sed culpa vitatur propter penam ergo etc. Item sicut se habet meritum ad premium ita culpa ad penam sed premium melius est merito ergo pena est deterior culpa. In contrarium est quod omne quod dicitur de causa et causato unius et principalius dicitur de causa quam de causato sed malum dicitur de culpa et pena tamquam de causa et causato culpa vero est causa pene ergo etc. Respondeo quid sit magis malum culpa an pena ipse est quia quod comparantur ipse sunt malum et magis debent esse unius rationis in eo in quo comparantur ut patet ex VII phisicorum; malum autem non dicitur univoce culpe et pene quia pena est malum nature culpa vero malum moris. Item culpa consistit in actione pena vero in passione sed actio et passio non sunt unius rationis ideo etc. Quia tamen large comparantur quorum quod non convenit rationem non curat sic dicimus quod simpliciter unus est cuius actus ideo tollendo de causa comparationem dicendum quod culpa unius habet rationem mali quam pena quod patet ex propriis rationibus boni et mali; ratio enim boni ut dicit Dionysius est esse ratio generativa ratio vero mali est privatio generativa; sic id est magis malum homini quod tollit id quod maxime convenit ei sed hoc est culpa magis quam pena quia culpa corrumpit moris quia id maxime convenit homini quod convenit ei secundum quod homo sed bonum rationis quod tollitur per culpam est huius convenit enim homini secundum quod homo quia homo est homo per rationem ergo etc. Item malum culpe est in potestate hominis malum autem pene non quia autem sunt in potestate hominis imputantur ei et ideo malum culpe imputatur homini ut ex ipso dicatur malus non autem ex malo pene et ita loquitur Dionysius iiii capitulo de divinis nominibus quod puniri non est malum sed fieri dignum pena et Augustinus libro de libero arbitrio quod culpa est malum quod facimus quo mali sumus pena vero est malum quod patimur non quo mali sumus et ideo alibi dicit quod melius est omnia mala pati quam malo consentire. Ad primum argumentum dicendum quod culpa non est vitanda principaliter propter penam sed propter se et si non pena sequeretur vir etiam virtuosus plus culpam fugit quam penam et ideo quod in ea mensuratur actus circa hominem ut dicit etc. Ad secundum dicendum quod sicut culpa comparatur ad penam sic meritum ad premium tamquam causa ad causatum propter penam sic meritum propter premium sed premium ordinatur ut culpa videtur et sic culpa peior est quam pena.

Post predicta de voluntate Augustinus determinat de peccato per comparationem ad actus quibus peccatur postquam dixit de peccato per comparationem ad potentias voluntatis et ad alias potentias et dividitur in tres partes. Primo determinat de peccato prout respicit actum interiorem voluntatis. Secundo inquirit de peccato voluntatis per comparationem ad alias potentias. Tertio de peccato inquirit prout respicit actus exteriores sive imperatos et continuatur ibi Hic oritur questio. Tertia ibi Consuevit queri. Quarto dicit ibi Post que de actibus est considerandum. Prima est prima lectionis et dividitur in tres: primo inquirit utrum voluntas habeat rationem a fine; secundo inquirit utrum iste finis sit unus vel plures; tertio ostendit quod sic habeat voluntas et intentio ad invicem. Secunda ibi Sed queritur utrum bone voluntatis. Tertia ibi Solet et queri. Prima in duas: primo ostendit quod voluntatis finis est caritas. Secundo ostendit quod iste finis scilicet qui est deus non excluditur. Secunda ibi Nisi quod caritatem sibi ponit in fine. Sed postea prosequitur in qua determinat de unitate et pluralitate finis dividitur in duas: primo determinat de comparatione intentionis secundo obicit contra determinata et solvit. Secunda ibi Voluptatem habent finem. Ista pars prosequitur in qua inquirit quomodo se habeant intentio et voluntas gratia? ipsius? sed de quibus? et solvit. Secunda ibi Sed queritur utrum et intentio sit eadem et dividitur in generali. Illa pars ... sic procedit mediante et proponit primo quod voluntas variatur et perficitur ab fine bono vel malo finis autem bonus est caritas quam propter caritatem fieri debet quod fit. Postea dicit quod iste finis ad ulteriorem finem ordinatur scilicet deum. Malum autem voluntatis finis est mala dilectio vel dilectio. Postea dicit quod potuerit esse plures fines intermedii tam bonarum quam malarum voluntatum quod sic quod quandoque in movendo ad ulteriorem finem postea ponit quendam auctoritatem per quam videtur probari quod duos fines nos non debemus constituere et solvit dicens quod hic intendit quod tales fines sic se habent quod unus ad alium non refertur. Postea querit utrum voluntas et intentio sint idem et videtur quod voluntatis principium dicitur ipsam potentiam intentio vero dicitur id est propter quod movetur ad volendum ultimo querit utrum idem sit actus quo voluntas vult finem et ea que sunt ad finem et videtur quod quibusdam non videtur esse idem quibusdam vero videtur quod sit idem actus voluntatis diversificatur tamen secundum volita etc. tamen hoc in de claritate? relinquit et in hoc terminatur etc.

Quarta distinctio istius primo queritur utrum bonitas actus
voluntatis sit ex fine et utrum quid sit et quomodo
actus recipit speciem. Arguitur quod sic quia actus voluntatis
est finis ergo etc. Item Boecius in topicis finis dicitur
cuius finis bonus est ipsum quod bonum est, ergo
bonitas finis causat bonitatem operis. Contra Augustinus
quia evangelizare bonum est et manducare
bonum est et tamen evangelizare propter manducare non est bonum,
ergo bonitas operis non est ex bonitate finis.
Responsio. Cum quo sit de bonitate morali actus
voluntatis videnda sunt duo. Primum est quibus actus
dicatur moralis et cetera. Secundum est in quo consistat bo-
nitas actus moralis ipsius voluntatis et ex hiis
apparebit id quod queritur. Circa primum sciendum est quod
actus moralis dicitur actus qui est in potestate voluntatis
sive sit ab ea elicitus sive imperatus et dicitur moralis
a more seu consuetudine quia per mores seu consue-
tudines possumus nos sicut dicimus tales
actus in quibus assuescimus sic vel aliter opera-
ri et omnes tales actus sunt liberi, tales enim actus
per tales mores vel consuetudines non habet locum;
si quis enim proiciat lapidem sursum centi-
es vel millesies numquam assuescit ascendere
quia motus eius sursum vel deorsum non est
liber sed unus est naturalis et alius violentus et ideo
quia actus morales et liberi sunt in potestate nostra
ideo secundum eos laudamur vel vituperamur quia
sunt boni vel mali. Item est advertendum
quod predicti actus morales sunt quedam res
in esse nature sed dicuntur morales per rationem et
conveniunt esse moralem ultra reale addat
circumstantie naturale talium actuum tamen idem iudicium
est de eis secundum esse suum naturale et secundum mores seu secundum
genus moris actus interior et actus exterior
sunt eiusdem speciei in esse nature sed in esse morali
dicuntur differre quia in esse nature sunt eiusdem speciei,
patet dicit primo quia illi actus sunt eiusdem speciei in esse
nature quia sunt eadem potentia secundum speciem et actum
precedentium hiis scitus sunt eadem potentia secundum
speciem in esse nature et excepto appetitus et appetitum
et excepto obiecto. Exemplum: duo concupiscunt
eandem cum eadem muliere que est uxor unius et non
alterius quod pertinet ad esse nature tamen est
unius speciei ex utraque parte et tamen unus actus est
temperatus et alius intemperatus quantum ad et cetera. Exemplo est de
actibus appetitus sensitivi in nobis et in brutis
quantum ad esse nature est idem modus quia appetitus sensitivus
in nobis obediat rationi non autem in brutis,
potest quidem facere differentiam in moribus sed non
in esse nature sed in brutis actus appetitus sensitivi
est eiusdem speciei quantum ad esse nature non cum aliorum

que non species differunt in esse nature quo in nobis
et tamen in esse morali non differunt esse unius
speciei ymo sunt oppositi et unus est bonus et
alius est malus. Circa secundum quid sit bonitas
moralis et in quo consistat sciendum est quod cum
res bona sit res conveniens sic bonum non con-
sistit in esse convenientie sic bonitas moralis
actus voluntatis consistit in convenientia eius ad
rectam rationem quod patet dicit primo quia ratione boni sit
bonitas in morali actus voluntatis est convenientia
eius ad hominem secundum esse morale sed homo habet primo
esse morale per rationem practicam per quam habet primo
liberum iudicium de eligibilibus quod et non est
genus ut sit recta ergo bonitas moralis
actus voluntatis et cuiuscumque alterius
est convenientia eius ad rectam rationem. Exemplo patet
idem ex comparatione actus rationis ad actum
voluntatis sic sicut scilicet veritas rationis ad eandem
veritatem sic bonitas actus voluntatis ad veritatem
rationis causa est quia sicut obiectum intellectus sunt
res exteriores sic bonum circumdicte per rationem
est obiectum voluntatis sed veritas rationis est confor-
mitas eius ad veritatem rerum unde et diffinitur
quod est adequatio intellectus ad rem ergo sicut
bonitas actus voluntatis est conformitas eius
ad rectitudinem rationis sicut et concor-
dat dominus questionis scilicet quod bonitas angeli consistit
in conformitate ad suam rationem rectam voluntatis et non
non cognoscentem natura sit regulam ad co-
gnoscentibus non et quia conformitas
actus voluntatis cum ipsa ratione non actus sed est
ut talis sit actus voluntatis sed est ut qualis
actus rationis sed secundum tendentiam in obiectum
ut in id tendat actus voluntatis eliciendo quod recta
ratio prius dictavit eliciendum. Ex hiis patet tertium
scilicet quia actus voluntatis habet bonitatem moralem quia
tota bonitas moralis actus voluntatis est ex suo
obiecto accepto secundum totalem ambitum obiecti quod patet
sic hic actus et conformitas inter voluntatem et rationem
quia voluntas vult quod ratio dictat. Exemplum omne
quod est a ratione dictatum vel a voluntate volitum
est obiectum vel cadit sub ratione obiecti rationis
et voluntatis ergo etc. Item patet quod sicut omne quod est visum
cadit sub ratione obiecti visus et omne quod est
auditum cadit sub ratione obiecti rationis et voluntatis
ergo etc. auditus sic omne cognitum vel dicta-
tum ratione est obiectum rationis vel cadit sub ratione
obiecti et omne volitum sub obiecto voluntatis. Omne enim
in quo fertur quicumque potentia est obiectum eius. Unde
licet plurium volitorum unum possit esse circumstantia
vel finis alterius omnia tamen respectu voluntatis
sunt rationem obiecti. Patet ergo quod bonitas et con-
formitas voluntatis ad rationem est tota bonitas ex obiecto

sicut ex fundamento vel quia alia causa quare
non forte velles in quantum aliquo modo volendo in
obiectum sibi aliunde propositum de quo alibi dicitur
est vel istud discrepat a dicto quoniam quod bonitas
actus voluntatis est ex obiecto et ex fine et circumstantiis
vel alterum istorum sufficit sed quia omnia
consistere quia bonum est ex toto causa sed dicendum quia hec
omnia operata ad voluntatem cadunt sub ratione
obiecti ut probatum est sed comparata inter se unum
est finis vel circumstantia alterius ubi igitur in
voluntate dare elimosinam indigenti propter deum
dare elimosinam est per se obiectum sed quod hoc fiat propter
deum hoc racionem finis et in indigentem eius cui
datur rationem circumstantie ex quibus omnibus actus
voluntatis sortitur bonitatem moralem et tamen
hec omnia cadunt sub ratione obiecti voluntatis sumpti
secundum totalem suum ambitum = Ex premissis obiectum
vel quia quantum actus voluntatis est bonum quantum non conformatur
rationi recte sed erronee ut cum aliquis vult reddere
debitum mulieri petenti que non est sua quam
credit esse suam sicut fuit de iacob et lya
= Et dicendum ad hoc quod in tali casu voluntas conformatur
rationi recte seu vere quia actus rationis cum debet
conformari actus voluntatis est quo sicut petitur quod
est verum dato quod alia premissarum sit falsa ut si
arguatur sic debitum est reddendum uxori sed hec
est uxor ergo est ei reddendum debitum In hoc
sillogismo hec minor sit falsa quia ista non est uxor
ergo tamen est vera quia quamvis non est uxor creditur tamen esse
uxor adhibita debita diligentia que
in talibus adhiberi consuevit licitum
est reddere debitum quia talis ignorantia excusat
et sic igitur vere conformis est actus
voluntatis precepti = Ad 1 argumentum dicendum quod tamen actus
voluntatis est suum obiectum in ipsum vel intendit
voluntas vel in finem tendit vel ut cadit sub ratione
obiecti ut dictum est = Ad secundum dicendum quod plurium volitorum
unum potest esse finis alterius et si
id quod est finis sit bonum et id quod ordinatur
ad ipsum erit bonum dummodo sit ordo iste
per se sicut ordinatur donum ad exhibitionem
Si autem talis ordo sit ex sola intentione
ordinantis et non ex re rei non oportet
ut si quis ordinaret furtum ad subveniendum pauperi vel tamen propter hoc furtum
est bonum vel tamen voluntatis in illud volitum inquantum
huiusmodi hec rationem finis sed solum obiecti sed finis
voluntatis est finis actus sicut in ceteris rebus
quod si sit bonus voluntas erit bona si malus mala
= Ad argumentum alterius partis dicendum quod vo-

luntas que vult evangelizare propter inanem gloriam
mala est quia sequitur rationem erroneam finis
enim non solum debet esse bonus sed potior his
que sunt ad finem et ideo licet inanis gloria sit bonum
tamen non est bonus finis evangelizandi propter hoc recta
ratio dictat erroneum esse et voluntas que hic vult est mala

Secundo queritur utrum intentio sit actus
voluntatis vel rationis non quia omnis actus
voluntatis vel est finis vel eorum que sunt ad finem
sed intentio non est finis nec eorum que sunt
ad finem ergo etc. = Similiter patet quod actus
voluntatis respectu finis dicitur velle respectu eorum que sunt
ad finem dicitur eligere quorum neutrum est intentio
ergo etc. = Item animalia intendunt finem ut dicitur
2o physicorum sed in eis non est voluntas ergo etc. = In
contrarium est quia intentum et de intentum pertinet ad
voluntatem sed tam intentum quam de intentum attenditur
tenditur ratione intentionis sive ambigitur ergo etc.
= Respondeo si pensemus interpretationem nominis intentionis
cum intendere sit ex uno in aliud tendere
possemus dicere quod intentio esset actus rationis
cuius est ex uno cognito ratiocinando in aliud
tendere esset actus rationis et pedis cuius
est ex uno loco in alium tendere et similiter
plurium aliorum Sed quia interpretatio nominis est quandoque
minus lata non enim omne tendens pede
est lapis vel omne tendens a pede est pes et ideo in significatione
nominis magis respiciendus est usus loquentium quam interpretacio
ipsorum = Dicendum sit ergo tamen primum quod
intentio est actus voluntatis secundum quod est respectu finis
secundum est quod est respectu finis non absolute sed ut per ea que
perveniuntur ad finem primum patet dicendum primo sic intendere
importat in aliquid tendere tendit autem in aliquid
et actio moventis et mobilis sed quod mobile tendat
in aliquid hoc est procedit ex actione moventis ex
hoc sic arguitur primus potest percipi nec consistit intendere
tamen competit motus actioni et passioni Sed
sola voluntas est huiusmodi ergo etc. Inferior patet sed
minor probatur aliis enim potentiis ... competit
tendere ex uno cognito in aliud
sed hoc licet active solum passive sicut rationi competit
discurrere ex uno cognito in aliud sed hoc
est active et voluntate imperante discursum et
ergo est in aliis voluntas que tendit quidem ex
uno volito in aliud sed hoc actio in licet active
et non solum passive sicut ac potentie ut alias declaratum est ideo etc. = Item nos intendens administrationem
huius operatur ut vult dyonysius de divinis nominibus illius
ergo potentie intentio est actus cuius obiectum sunt
bonum et malum hec autem est voluntas ideo etc. = Secundum
sic patet Intentio volita id est rationem intenti quod

sed ratio intencio eius importat motum motus qui per se respicit terminum et non medium nisi racione termini sed finis secundum racionem termini ea que sunt ad finem racionem medii ergo etc. = Tercio apparet eodem modo omnis enim motus est ex quodam in quendam terminum et non importat simpliciter actum voluntatis sed motum intencio est actus voluntatis ex quodam volito tendens in aliud. Illud autem in quod tendit est finis ut iam dictum est illud autem ex quo vel per quod tendit est res ordinata ad finem ergo etc. Ad dubitacionem tamen quamvis sit proprie utantur nomine intencionis tamen in usu loquendi quando nominamus intencionibus finis large pro actu voluntatis quo in aliud volumus ad preceptum est in operibus sic dicimus quando quis tendit ire ad talem locum vel comedere vel ad finis = Ad primum argumentum dicendum quod intencio proprie est actus voluntatis respectu finis sed voluntas potest respicere finem dupliciter uno modo prout in eo quiescitur et sic iste actus voluntatis dicitur fruicio alio modo secundum quod est terminus alicuius quod in ipsum ordinatur et sic intencio respicit finem que differt ab eleccione eleccio enim est directe de hiis que sunt ad finem sed in comparacione ad finem sed intencio est directe de fine sed in comparacione ad ea que sunt ad finem modo quo dictum est. Forte differencia eleccionis ab intencione totius est posita secundum racionem tamen simul et eodem actu voluntatis fertur in finem et in ea que sunt ad finem simul et eodem actu finem intendit et ea que sunt ad finem eligit dicitur ergo idem actus intencio quo ad finem sed eleccio quantum ad ea que sunt volita propter finem velle autem proprie dicit actum voluntatis absolute respectu boni non inclusa racione finis vel eorum que sunt ad finem cum enim raciones horum sint relative impossibile est quod voluntas feratur absolute in aliquid eorum secundum proprias eorum raciones sed si feratur in unum et in aliud tamen referatur intuitus secundum racionem bonitatis in eis existentis quod autem dicitur plures secundo ethicorum quod voluntas est finis non est intencio cum reduplicacione scilicet quod sit finis in quantum finis sed quod nichil potest habere racionem finis nisi habeat aliquam bonitatem in se racione cuius voluntas potest ferri in ipsum absolute nulla alia ordinacione in finem quia nulla habent sed bonitatem in se et absolute sed solum ex ordine ad aliud puta medicina amara ideo voluntas magis dicitur finis esse quam eorum que sunt ad finem licet neutrum sit cum reduplicacione quia velle dicit actum voluntatis respectu boni absolute = Ad secundum dicendum quod naturalia differunt intendere de fine naturaliter et non proprie quia appetitus eorum non dirigitur in finem aliter vel ab alio quam ut movent-

to sed ab intellectu separato institutore nature et ideo magis aguntur quam agant voluntarie non movent se ipsa tamen in directe quibus ... ad deliberandum que congruunt fini ut nos et ideo magis competit ei intendere quod nec omnino non competit nisi per quandam improprietatem

Utrum sit idem voluntatis actus respectu finis et eorum que sunt ad finem. Et videtur quod non quia idem actus non potest esse in contrariis sed voluntas in contrariis fertur in finem et in ea que sunt ad finem ergo etc. Item finis est actus voluntatis respectu finis ut iam non respectu eorum que sunt ad finem sed idem actus non potest esse fruicionis et usus ergo etc. Item sicut se habet intellectus ad principia et ad conclusiones sic voluntas ad finem et ad ea que sunt ad finem sed intellectus non eodem actu fertur in principia et conclusiones ergo etc. = Minor probatur quia plures habitus non est idem actus sed alius est habitus intellectus respectu principiorum quam dicitur intellectus alius qui dicitur sciencia ergo etc. = Contra quando aliquis vult propter aliquid tunc unum tamen ergo voluntas velit finem et id quod est ad finem propter finem tamen unum vult propter alterum ergo idem est velle utrumque = Item duo actus voluntatis non possunt esse simul sed voluntas simul vult finem et id quod est ad finem propter finem ergo non sunt actus plures sed unus = Et autem voluntas simul velit et id quod est ad finem in quantum huiusmodi patet quia sicut ea que referuntur in racione cuiuslibet simul intelliguntur sic ea que referuntur in racione bonitatis sic finis et ea que sunt ad finem necessario simul appetuntur = Respondeo primo videndum est quomodo voluntas fertur scilicet ad finem et ea que sunt ad finem. Secundum autem quod dicendum est ex similitudine eorum que conveniunt in intellectu videmus enim quod intellectus assentit tamquam notis per aliud tamquam per se notis sicut primis principiis et hic assensus vocatur intellectus. Aliis autem assentit tamquam notis propter aliud sicut conclusionibus deductis ex primis principiis et hic assensus vocatur sciencia vel actus alius noticie et ad alterum istorum reducuntur omnes assensus intellectus sine inspeccione sive in perfectione. = Et voluntas fertur in aliquid absolute tamquam in bonum per se et hic motus voluntatis dicitur simpliciter velle et ad refert non tamquam in bonum per se sed in bonum propter aliud et hic actus dicitur eligere vel intendere diversis racionibus ut dictum est et ad alterum horum reducuntur omnes motus voluntatis = Hiis premissis dicendum quod quodlibet potest dici intendere uno modo ut actus quo voluntas vult finem absolute puta sanitatem qui actus dicitur velle et actus quo vult aliquid propter finem vel finem ut per ad

interior. Ad primum dicendum est quod actus interior et exterior non sunt duo peccata sed unum tantum. Ad cuius declarationem sciendum est quod peccatum non dicit actum directe sed deformem actus vel actum defectuosum ita quod formaliter loquendo peccati est defectus vel deformitas. Propter quod stat aliquem quod cum in uno actu possunt simul esse plures defectus vel plures deformitates diverse et separate quod in tali actu sunt plura peccata. Unde cum aliquis cognoscit non suam in loco sacro quia una deformitas est qua cognoscit non suam ratione cuius peccat peccato luxurie. Alia est inconveniencia sacri loci ratione cuius peccat peccato sacrilegii vel si quo alio nomine censeatur. E contrario si in duobus actibus possit una esse una deformitas tunc eis poterit esse unum peccatum. Unde videndum ergo an hoc sit possibile. Sciendum ergo quod duo distincta subiecta non possunt denominari ab eodem accidente uno positivo vel privativo denominatione intrinseca quo ad utrumque possunt tamen denominatione extrinseca quo ad utrumque vel quo ad alterum. Voco autem denominationem intrinsecam que est per inherenciam, extrinsecam vero que non est per inherenciam vel per aliquid quod faciat unum suppositum cum eo de quo dicitur, verbi gratia aer denominatur calidus et alterum [?] denominatione intrinseca quia per aliquid sibi formaliter inherens et isto modo impossibile est quod idem in pluribus et distinctis subiectis. Sic unum accidens numero sol et denominatur calidus et medicina sana denominatione extrinseca. Sol non ideo dicitur calidus per calorem existentem subiective in ipso sed quia potest causare calorem in aere et ideo est de medicina vel sanitatis. Et isto modo plura et supposito distincta possunt denominari a bono et eodem secundum numerum. Dicitur enim aer calidus et sol calidus ab eodem calore in numero qui est in aere subiective et a sole effective. Nec dicitur aliter medicina dicta urina dicitur sana ab eadem sanitate secundum numerum que est in animali subiective quam medicina facit, dieta conservat, urina significat. Et isto modo actus interior et exterior sunt boni vel mali moraliter eadem bonitate vel malicia secundum numerum que est in actu interiore subiective, in exteriore autem obiective vel extrinsece, quod patet dupliciter. Primo quia illi actui convenit bonitas vel malicia moralis non voluntatis ut voluntarius est, dicente Augustino quod peccatum adeo est voluntarium quod si non fuit voluntarium non erit peccatum. Sed actui interiori competit esse voluntarium subiective vel intrinsece, velle enim in voluntate est; actui autem exteriori non competit esse voluntarium nisi obiective. Actus enim exterior est obiectum actus interioris voluntatis et in hoc solus [?] est voluntas. Ergo bonitas et malicia moralis conveniunt actui interiori subiective et extrinsece; talia autem possunt denominari ab eodem secundum numerum ut visum est. Quare etc. Confirmatur autem quia potest solo actu voluntatis fieri [illegible] culpe possunt autem actibus exterioribus sine actu voluntatis nichil est culpabile ut dicitur [illegible] de xxxv q. non esset si actus exterior haberet aliquid boni aut mali ipse et subiective illa non sic essent possent [illegible] in ipso [illegible] actu voluntatis. Patet ergo primus articulus quoniam scilicet quod actus exterior nil bonitatis vel malicie addit super actum interiorem quo ad numerum. Restat ergo de secundo inquirendum scilicet an actus exterior addit ad bonitatem vel maliciam super actum interiorem non quo ad numerum sed quo ad intensionem, id est si actus interior cum exteriore sit maius peccatum quam sine exteriore. Et dicendum breviter scilicet quod voluntas interior sit cum opere exteriore et quando sine potest contingere dupliciter. Uno modo quia altera est perfecta et consummata voluntas et non prorumpit in opus, alia vero est imperfecta et non consummata et ideo adeo non sequitur opus. Impossibile est enim quod adve[niente]

luntate perfectam et de sumata sequatur opus nisi desit possibilitas operandi alioquin potest hoc contingere quando utraque voluntas est eque perfecta in duobus sed unus habet facultatem operandi alius autem non habet sicut in divite est voluntas et facultas dandi etiam in paupere autem est equalis voluntas sed nulla facultas. Primo certum est quod voluntas cum opere tam in bonis quam in malis est melior vel peior quam voluntas sine opere quia voluntas quanto est perfectior tanto est melior in bonis sed etiam peior in malis sed in primo casu voluntas cum opere est perfectior quam voluntas sine opere ergo etc. Dico tamen quod ista bonitate vel malicia non addit opus exterius super voluntatem interiorem sed potius eandem sequitur voluntas non perfecta perfecte melior est in bonis et peior in malis voluntate imperfecta et si ad perfectam voluntatem non sequitur opus propter aliud impediens. Secundo autem tamen quando voluntate existente eque perfecta unus operatur alius autem non solum quia non habet possibilitatem operandi dico quod eque bona vel mala est voluntas sine opere sicut voluntas cum opere similiter quod patet quia tota bonitas vel malicia moralis est formaliter et in actu interiore in opere autem exteriore solum consequenter ut declaratum est in primo articulo quomodo voluntas autem supponitur hic et ibi eque perfecta ergo est hic et ibi equalis bonitas vel malicia. Pro tertio loquendo per accidens non contingit voluntatem cum opere fieri meliorem vel peiorem dico per protensionem et intensionem per extensionem ut cum aliquis propter impossibilitatem operandi desinit velle quod prius volebat alius autem habens facultatem operandi perseverat in eodem velle. Velle istius melius est in bonis et peius in malis quam velle alterius quia diuturnius per intensionem autem quia quidam actus sunt delectabiles qui nati sunt intendere voluntatem sicut in fornicatione et in talibus cum voluntas sit intensior cum actu quam sine actu voluntas autem quanto est intensior tanto est melior in bonis et peior in malis ideo in talibus contingit voluntatem cum actu fieri meliorem vel peiorem. Dico autem quod contingit quia econtrario sunt quidam actus penales qui nati sunt remittere voluntatem ut sunt actus fortitudinis qui sunt contra mortem et pericula in ferendo mortem et talibus voluntas sine actu melior est in bonis et peior in malis quam cum actu eo quod ut plurimum intensior est ante actum quam in actu sed si esset possibile quod voluntas esset eque intensa ante actum et cum actu et econtrario equalis bonitas esset utrobique et idem dicit de malicia. Ad primum argumentum dicendum quod actus interior et exterior sibi coniuncti non prohibentur in diversis preceptis sed unico ut est illud non occides vel non mechaberis quod magis prohibetur factum exterius non quatenus procedit a voluntate interiore sed actus interior prorumpens in exteriorem sed et actus interior non prorumpens in exteriorem propter aliquod impedimentum bene prohibentur diversis preceptis et non sunt plura peccata propter pluralitatem actuum interiorum et non propter pluralitatem actuum exteriorum cum interiore. Ad secundum dicendum quod licet deus non puniat iuste actum exteriorem si sit sine interiore sed deus qui novit corda bene punit interiorem actum sine exteriore sed mundus qui corda non novit non punit actum interiorem nisi quando prorumpit in actum exteriorem et ex hoc non sequitur quod actus interior et exterior sibi coniuncti sint duo peccata

Sequitur utrum actus interior et exterior in bonis sint duo merita. Et arguitur quod sic quia premium respondet merito sed voluntati bone sine exteriori opere debetur premium essentiale voluntati et cum opere debetur premium non solum essentiale sed accidentale. Sic

pz de amicicia que debet maritus
propter non propter sola voluntate quia ad
meritum addit opus exterius ad
meritum interioris voluntatis
Item frustra fit per plura quod potest fieri
per unum eque bene sed si equale meritum
est in actu interiore solum sicut
in actu exteriore et interiore simul
quandoque meritum est in duobus totum
est in uno habenti ergo bonam vo=
luntatem actus exterior superfluit
quod non videtur conveniens In contra=
rium arguitur quod beatus bernardus dicit quod
bona voluntas sufficiat ad meri=
tum sed bona actio requiritur ad eius meritum et ieronimus
dicit super mattheum quod voluntas
est que remuneratur pro bono aut con=
dempnatur pro malo opera autem sunt
testimonia voluntatis ex quibus
videtur quod totum meritum consistat in
actu voluntatis et nullo modo in ac=
tu exteriori Respondeo dicendum quod voluntas
sine actu licet sit eque bona vel
mala moraliter sicut voluntas
cum actu supposito quod sit eque
perfecta tamen non est eque meritoria
vel demeritoria adeo quod sciendum est quod
ex eo solo quod aliquis est bonus
interius non meretur apud alium mer=
cedem quamcumque nisi forte laude
vel quod debetur bonus ut dicitur
primo ethicorum sed ex hoc meretur vel demeretur
aliquis apud alium quod est ei utilis
vel nocivus eo quod est quod reddit
premium pro merito est actus iustitie
commutative ut declaratum fuit supra
distinctione xxxvii in isti autem commutativa
est mutua translacio quia unus ex
iustitia commutativa aliquid reddit
alteri reddit pro eo quod ab alio acce=
pit et sic fit commutatio per illud
ergo per quod aliquis non ordinatur
ad alterum ita ut aliquid ei reddi=
det in ipsum non meretur nec demeretur
apud ipsum sed philosophus quod aliquis est bonus
interius per voluntatem interiorem non
ordinatur ad alium sed solum per opus
exterius per quod efficitur ei utilis

vel nocivus et per quod ad se transferret
in alterum ergo sola bona voluntas
extra facultatem operandi suf=
ficit homini ad bonitatem sed per eam
solam non meretur apud alium ali=
quam mercedem sed requiritur opus exterius
Item quantumcumque opus sufficiat quia si
homo sit debitor operis exhiben=
do quidem opus bonum facit et laudan=
dus est tamquam iustus Sed non
meretur ulteriorem mercedem sicut
qui reddit mutuum tempore quo
debet bonum facit sed nunquam meretur
aliquam mercedem apud eum quo gra=
tis ei mutuum tradidit ille non
quod nichil sui in eum transtulit sed
quod ab eo acceperat reddidit et quia
est de merito hominis ad homi=
nem quos est dicere meritum et me=
ritum solus actus interior non est me=
ritorius de condigno Hoc apparet
quod cum homo sit quo ad deum debitor
vitutudinis in vanda voluntate
et interiore opere multo amplius quam
homo possit esse debitor hominis
ratione cuiuscumque accepti ab eo quod
homo non potest ad deum aliquid mereri
de condigno loquendo proprie de merito
condigni quod videtur luc xvii ubi
dicitur cum feceritis omnia que precep=
ta sunt vobis dicite servi inutiles
sumus quod quod debuimus facere fecimus
ut sit sensus sic et est servi inuti=
les sumus quia quamcumque bonum servimus
deo nichil novum ei damus sed suum
ei debitum reddimus nec plene
sed ad hoc potest aliud dici illud ad phi=
lemonem te ipsum mihi debes et ideo
nichil primus apud ipsum mereri
condigne sicut sunt dicta supra distinctione xx
vii Sed quia deus ex liberalitate sua
bona opera tam interiora tam exteri=
ora remunerat ex gratia sua ut
amplius remuneretur voluntas
cum opere quam sine eius non est quia sic
est in merito condigni hominis ad
hominem sic est in merito congrui
hominis ad deum sed in merito con

grui hominis ad deum sed in merito
condigni hominis ad hominem sic
est per quod illud meretur quis apud
alium per quod transfert aliquid suum in ipsum
quod natum est cedere in eius utilitatem
eius in quem transfertur ergo proportio-
naliter ad illud meretur quis apud
deum de condigno per quod transfert aliquid
suum in deum quod natum est cedere aliquo modo
in bonum divinum illud autem est exterius
opus voluntarium et non voluntas
sine opere ut clare patet in predicatione
et martirio Unius enim hominis aliquid quod
est suum licet non aspiciendo a deo transfertur
in deum quod et cedit in bonum divinum non
quo ad deum in se ipso qui bonorum nos-
trorum non indiget sed in illa imperatur
quia dicitur quod defensio cause alicuius
cedit in bonum illius cuius est causa
sicut enim fides Christi defenditur per pre-
dicationem verbo et per martirium facto quod
non fieret sola voluntate ergo per volun-
tatem cum opere meretur quis apud
deum saltem de condigno quod non meretur
sola voluntate. Bona autem vo-
luntas remuneratur a deo premio
essentiali quod tamen sit excellentissimum
sola autem bona voluntas unius pa-
rum obliget alium patet quod hic est mi-
nimum de liberalitate ex parte dei minimum
autem de merito condigni ex parte ho-
minis opus autem exterius quod natum
est magis obligare alium remuneratur
premio accidentali quod est minus essentiali premio
quod hic est minimus de liberalitate ex parte
dei quia in collatione premii essen-
tialis et plus de merito congrui ex
parte hominis et ideo licet quod premium
accidentale plus possit cedere sub
merito quam essentiale quod oculus non vidit
nec auris audivit nec in cor hominis
ascendit quia quanto aliquid est excel-
lentius tanto difficilius est meren-
dum patet ergo quod voluntas sine actu
licet sit eque bona sicut cum actu non
est eque meritoria et proportionaliter
idem intelligendum est in malis pro-
patet ad quartum quia in bonis actus interior
et exterior sibi coniuncti non sunt duo me-
rita sed unum tantum quod consistit in actu in-

teriore sic in causa et interiore formaliter
sic e contrario bonitas moralis consistat in
actu interiore formaliter et exteriore obiec-
tive ut declaratum fuit in precedente questione
meritum non addit sic bonitatem actus
debitum seu vim obligandi al-
terum ad reddendum premium pro merito
quod sit factum exteriore et non per
interiorem non tale patet et quod hoc non
potest apud dominum sic meritum de condigno
proprie sicut meretur unus homo apud
alium et maxime remuneratio a deo
sola bona voluntas hominis si-
ne actu exteriore et sic de congruo ex
gratuita dei ordinatione quam in-
[?] videlicet [?] de merito condig-
ni merito quod est hominis ad hominem
per solum actum interiorem nullus meretur
aliquid de condigno. Ad i-
tem dicendum quod actus interior et exterior
sibi coniuncti remunerantur unica
remuneratione sicut sunt unum meritum
quod consistit causaliter et radicaliter in actu
interiore actus autem interior sine
exteriore remuneratur a deo magis
[?] beneplacito quam ex alio me-
rito de condigno. Secundum ar-
gumentum probat quod in solo actu interiore
non consistit totum meritum alias
non sufficeret actus exterior immo totum
meritum consistit formaliter in actu exteriore
licet dependeat radicaliter et causaliter
ab actu interiore cum autem solus actus
interior remuneratur a deo magis est
ex benignitate dei quam ex merito actus.
Quod autem dicit beatus Bernardus quod bona
voluntas sufficiat ad meritum in-
telligendum est de premio essentiali
et de benignitate dei magis quam ex con-
digno interioris actus bona autem
actio videlicet non solum ad exterius sed etiam
ad meritum actus [?] quod autem dicitur [?] quod
sola bona voluntas remuneratur pro tanto
dicitur quod ipsa dicitur quod ipsa est radix et ca-
[illegible] operis

Tertio queritur utrum transeunte
actu peccati remaneat reatus
pene et videtur quod non quia recta

causa remota effectus Sed actus
pcti est causa reatus ergo transeunte
actu actu non remanet reatus
Sed dicitur quod reatus causatur
a pcto vel ab actu pcti ut preteritus
est Contra actus postquam preterijt
non potest non esse preteritus si ergo reatus
causaretur ab actu ut preteritus non
posset non remanere reatus quod falsum
est Incontrarium est quod sicut se habet actus
dei et virtutis ad premium sic actus pec-
cati ad penam sed transeunte actu virtutis
remanet meritum glorie ergo transeunte
actu pcti remanet reatus pene
Pro pctm transire potest intelligi du-
pliciter uno modo per solam actus cessacionem Alio modo
per pcti dimissionem primo modo transeunte
actu pcti per solam cessacionem re-
manet reatus cuius racio est quia de-
fectus iusticie medius duas partes constituit
debitum in altera ut decipiat ut per
ipsum suppleatur sic apparet in commu-
tacionibus voluntarijs quia qui emit
emit et precium non reddidit debitor
est quousque reddiderit et idem est
in involuntarijs quia qui enim per vim re-
aliquis accepit debitor est eius et te-
netur de re ablata et iniuria quam
dampno defectus iusticie est ex parte
raptoris et ubi ex defectu iusticie con-
stringit obligacio ut suppleatur per
eum vel deo qui iusto iusticie
~~constringit obligacio ut suppleatur~~
iusticiam non compleuit aut lesit
quia omnis peccans ledit iusticiam
iusticie et deum in quantum transgreditur
legem dei et ex iusticia tenetur obe-
dire ergo debitor est eius per ius-
ticiam usque ipsum et deum reintegret
in hoc autem est pena ergo peccator tran-
seunte actu pcti remanet debitor
pene et in hoc consistit reatus quod autem
pena reintegret iusticiam apparet
cum enim iusticia equalitatem con-
stat in suum Sicut peccator que volun-
tate plus dilexit quam debuit contra man-
datum dei agendo quod placuit contra
illud quod vellet spontaneus vel contra
quod sic redit equalitas propter hoc qualiter
auferetur ei quam nimis habuit et aliquid
additur ei qui minus habuit Alio modo
dicitur pctm transire non solum
per actus cessacionem sed per pcti remissionem
et sic dico quod si pctm est totaliter re-
missum nullus reatus omnino rema-
net cuius racio est clara ex hijs que
dicta sunt et d. xxxij. ar. primo
ubi probatum fuit quod pctm remit-
ti non est aliud quam ipm non impu-
tari ad penam cum ergo pctm est
totaliter remissum illi pctm non im-
putatur ad debitum cuiuscumque pene
sed reatus non est aliud quam debitum
pene ergo cum pctm est totaliter
remissum in eo non remanet ab
reatus verum est quandoque pctm remit-
titur quo ad debitum pene eterne
et sit commutacio in penam temporalem
sed tunc pctm non est totaliter remis-
sum quia adhuc imputatur ad penam
aliqualiter et remanet aliquis reatus de
tali sumpto remissum licet non to-
taliter quia omnis pena temporalis est pro
pctm et quid propositum ad rationem
Ad argumentum in oppositum dicendum quod pctm
est causa reatus non racione actus
transit sed racione eiusdem in quantum pre-
terijt sed quia induxit defectum iusticie ergo
manente remanet reatus et quo re-
lato per reintegracionem iusticie au-
fertur reatus Ad argumentum in oppositum
sed vero concludat assumitur tamen pro simili
quod non est omnino simile sed quia per actum
virtutis sit nobis debita gloria ex ius-
ticia sic per pctm debetur nobis pena
quod non est verum nos enim ex iusticia
tenemur deo obedire et del[…]
pluribus facere propter quod iuste meremur
penam sed deus nobis non obligatur
per aliquam iusticiam quia utique bn[…]
et ideo si quid reddit nobis gratia est
et non debitum

Secundo queritur utrum vera ra-
dix peccandi sit assignetur
in littera et videtur quod non quia illud ex quo
aliud nascitur potest dici radix eius
sed timor nascitur ex amore ergo amor
est radix timoris Ad non ergo timor
est distincta radix peccandi ut dicit
a morem Ad idem est quod dicit Augustinus

xiiij de ci(vitate) dei, quod sicut amor dei fa-
cit civitatem dei, sic nimius amor sui
facit civitatem babilonis. Ergo solus
amor male inflammans est radix
omnium peccatorum. ¶ Item i ad thi(motheum) vltimo
dicitur quod radix omnium malorum est cupiditas,
et idem dicitur de superbia Eccl(esiastici) x quod ini-
tium omnis peccati est superbia, et sic vi-
detur esse causa quod superbia erit ex cupiditate
et contrario. ¶ Item multa peccata
sunt que non habent originem ex predictis
sicut que sunt per ignorantiam. Ergo in-
sufficienter enumerantur radices pecca-
ti. ¶ Notandum est in (?) ¶ Ro(?)
radix invenitur proprie in plantis, trans-
sumptive autem in peccatis propter aliquam simi-
litudinem habet ibi receptam. Radix
in plantis proprie dicta est illud ex quo
planta consurgit fomentum habet et
convalescit, et sic in peccatis illud ex
quo peccatum germinat vel consurgit
fomentum habet et convalescit, et sic in pec-
catis illud ex quo peccatum germinat
vel consurgit fomentum habet et convales-
cit dicitur radix peccati. Peccatum autem consur-
git vel oritur quandoque quidem ex alio
peccato ut dictum fuit 8 di. xxxvij, quandoque
autem ex aliquo quod non est peccatum sed est
pronitas ad peccandum, que potest esse vel
innata sicut ex corruptione ori-
ginalis peccati inest nobis pronitas ad
mala, vel potest esse acquisita sicut ex
habitu vicioso causata ex actibus inest
nobis pronitas ad operandum secundum illum
habitum, sed quia habitus causatur ex actu, ideo
origo peccati ex inclinatione habitus redu-
citur ad originem peccati ex peccato, propter quod
dimittatur et solum dicatur de aliis modis
duobus. ¶ Ex primo enim peccatum oritur
ex aliquo quod non est peccatum sed pronitas ad
peccandum, non quecumque sed innata ex
corruptione nature vel peccati originalis. Ergo
dicit quod radices peccandi sunt
cupiditas et superbia, vel quod distinguun-
tur (?) utrumque vel potest accipi tri-
pliciter. Uno modo dicitur cupiditas inordina-
tus appetitus diviciarum et superbia in-
ordinatus appetitus proprie excellentie
et sic quelibet earum est speciale peccatum. Secundo modo
dicitur cupiditas inordinatus appetitus
cuiuslibet boni commutabilis et sic super-
bia dicitur contemptus legis quo ad hunc
effectum qui est non obedire legi. Et
hoc modo cupiditas et superbia sunt aliquid
commune ad omne peccatum, nam in omni
peccato est inordinata conversio ad
bonum ~~commutabile~~ commutabile, et in
cupiditas et deviatio a lege divina
et in superbia. ¶ Tertio modo dicitur cupi-
ditas quedam pronitas nature corrup-
te ad bona corruptibilia inordina-
te appetenda, et superbia similiter dicitur
pronitas ad contemptum legis dei. Et
hoc modo cupiditas dicitur radix omnium
peccatorum quia ex inordinata inclina-
tione vel pronitate ad bona commu-
tabilia omne peccatum procedit. Super-
bia vero dicitur initium peccatorum et non
radix quia se tenet ex parte aversionis
a deo cuius legi homo subdi recusat,
et non initium dicitur potest, sed non radix
quia radicis est influere positive,
ex parte autem aversionis non est influ-
xus ex qua parte attenditur super-
bia isto tertio modo accepta. ¶ Hec
autem licet sint vera tamen non sunt
secundum intentionem apostoli dicentis Ad thi. quod
radix omnium malorum est cupiditas,
nec secundum intentionem sapientis Eccl(esiastici) x
quod initium omnis peccati est superbia.
Apostolus enim manifeste loquitur de cupiditate
secundum quod est appetitus inordinatus di-
uitiarum, quod patet ex hiis que premit-
tit: Qui inquit volentes divites
fieri incidunt in laqueum et in temp-
tationem dyaboli, et similia. Quod dicitur Eccl(esiastici) x
quod initium omnis peccati superbia mani-
feste loquitur de superbia prout est inor-
dinatus appetitus proprie excellentie,
ut patet per illud quod sequitur: sedes ducum
superborum destruxit deus, et quedam
similia. Et de hac in(?) loquitur per maiorem(?)
partem capituli. Et ideo superbia et cu-
piditas que sunt specialia peccata
sunt et radices aliorum peccatorum vel
initia eorum secundum intentionem scrip-
ture locis predictis. Quod autem dictum est de
cupiditate et superbia prout sunt
pronitates nature corrupte ad inordi-
nate concupiscendum corruptibilia
et ad contemptum legis divine ad in-

venientes aliquorum sunt quae quamvis sit vera non est tamen secundum mentem scripturae sicut dictum est. Et ideo alii dicunt quod superbia et cupiditas prout sunt specialia peccata sunt radices et initia aliorum peccatorum quod declaratur sic: in actibus voluntariis cuiusmodi sunt peccata duplex ordo invenitur, scilicet intentionis et executionis. In ordine intentionis finis habet rationem principii ex quo totus processus dirivatur. Sed in ordine executionis illud habet rationem principii quod praebet facultatem perficiendi. In ordine autem intentionis et ordine ergo intentionis superbia est initium vel radix omnium vitiorum. Sed in ordine executionis principium et radix est cupiditas quod probatur primo quod superbia sit ex illo oriuntur omnia vitia quoniam ad ordinem intentionis quod est finis propter quem appetuntur omnia quae inordinate appetuntur. Sed superbia est huiusmodi finis. Nam in omnibus commutabilibus bonis appetendis est ut homo per ea utatur propter se unus et nos sumus quodammodo finis omnium quae veniunt in usum nostrum. Propter quod si amor hominis ad se ipsum est inordinatus ex ipso oritur omnis inordinatus ex ipso oritur omnis inordinatus appetitus bonorum commutabilium. Superbia autem est inordinatus amor propriae excellentiae ad quam obtinendam omne bonum commutabile potest aliquis comparari. Ergo ex superbia nata sunt omnia vitia omnia et idem est de inordinato amore sui a quo deinde etiam procedit uterque timor et male humilians licet possit dici propria radix aliquorum peccatorum tamen non potest esse prima propter cum oritur ex amore sicut arguebatur ex eo. Nam quod aliquid male diligitur omnia impedientia male timentur. Quod autem in ordine executionis cupiditas sit radix probatur sic: illud quod praebet facultatem adimplendi omne malum desiderium est radix et origo omnium vitiorum. Sed divitiae quarum appetitus est cupiditas sunt huiusmodi eo quod ad habenda quaecumque bona commutabilia potest homo

minari peccatum, sed quod dicitur Eccl. x°: Pecuniae obediunt omnia. Ergo cupiditas divitiarum est radix omnium peccatorum.

Haec autem omnia licet sint subtiliter dicta et probabiliter, tamen non videntur sufficienter dicta, quod patet primo de superbia, quia licet inordinatus amor sui sit vel esse possit principium inordinate appetendi omnia commutabilia et ob hoc sicut ignis amor male inflammans possit esse principium aliorum peccatorum, tamen non potest hoc dici de superbia quia ad plura se extendit inordinatus amor sui quam se extendat superbia quae est inordinatus amor sui quo ad excellentiam propriae personae. Ex hoc enim quod aliquis inordinate diligit se sequitur vel natum est sequi quod inordinate appetat vel fugiat omnia quae existimat sibi bona vel nociva, et haec sunt vel esse putantur multa simpliciter, et ideo omne peccatum potest ex hoc oriri; sed ex inordinato appetitu propriae excellentiae in quo consistit formaliter superbia non est natum sequi nisi quod inordinate appetatur vel fugiatur illa quae promovent vel impediunt propriam excellentiam. Sed autem non sunt omnia quae male appetuntur vel fugiuntur. Delectationes enim corporis quae male appetuntur vel fugiuntur per intemperantiam non promovent excellentiam nec existimantur, et asperitates carnis promovent poenae et tristitiae quae timidis fugiuntur per timiditatem non impediunt nec existimantur impedire propriam excellentiam. Propter quod haec peccata quae consistunt in appetitu delectationum corporis in fuga tristitiarum in rebus bellicis non videntur oriri ex superbia quae est appetitus propriae excellentiae quod magis oriantur ex inordinato amore sui. Unde in actu illo est falsa consequentia. Quod dicitur de divitiis quarum inordinatus appetitus est cupiditas quod ipsae praebent facultatem adimplendi omne malum desiderium conceditur, sed ex hoc non sequitur quod cupiditas sit radix vel origo omnium peccatorum sed potius oppositum, quia divitiae non praebent facultatem adimplendi mala de-

sideria nisi per suam distributionem. Cupi-
ditas autem non est appetitus earum ad
distribuendum eas sed ad amare congre-
gandum et retinendum. Et ideo cupiditas di-
vitiarum magis procedit affectionem
malorum desideriorum que per distribu-
tionem pecuniarum possent impleri
quam adhuc inclinet vel promoveat. Et
ideo dicendum est aliter scilicet quod radix prima
peccatorum est inordinatus amor sui
qui augmentat amorem mali in-
flammatum ut ipse dicit alibi quod
non sunt boni vel mali mores nisi boni
vel mali amores. Secunda autem radix
vel aliquorum peccatorum est timor qui in-
nascitur ex inordinato amore sui
et hec satis sunt prius declarata. De super-
bia autem que est inordinatus amor
proprie excellentie de qua scriptum est
quod ipsa est initium omnis peccati forte
hoc est intelligendum de ordine temporis
quia primum peccatum angeli et hominis
fuit superbia ut patuit et cum ageretur
de peccato eorum et non de ordine causa-
litatis. Item vera littera est initium
peccati est omnis superbia et non initium
omnis peccati est superbia quia ex omni
superbia nata sunt sequi aliqua peccata
superbus enim necesse habet alios invide-
re dicit Bernardus Augustinus sicut de aliquibus
dam aliis peccatis que oriuntur ex eo
et ideo subditur in textu qui tenet
eam adimplebitur maledictis. Sed quod
ea non sunt nata oriri omnia peccata
ut probatum est prius. De cupiditate
autem que est amor inordinatus pecu-
niarum potest dici quod est radix omnium
malorum non quia pecunia prebet facul-
tatem adimplendi omne malum
desiderium ut alii dicunt sed quia ardens
tior amator pecuniarum animam suam
venalem habet ut dicitur Ecclesiastici x et sic offe-
renti pecuniam obediret ad omne
malum committendum et omne bonum
fugiendum. Si enim pecunie obediunt
omnia multo magis cupidus. Verumtamen
non est prima radix quia et ipsa oritur
ex inordinato amore sui. ¶ Et hoc
patet. Ad argumentum primum patet quod ad equivocum

ad quod dicendum est quod peccata non proveniunt
ex errore vel ignorantia nisi sicut
causa removens prohibens. Tunc enim peccat
quis per errorem vel ignorantiam
quando scit esse peccatum vel aliquid tale
non facit error vel ignorantia causa
culpam solum quia tollit scientiam que
prohiberet culpam fieri. Causa autem remo-
vens prohibens tamen non sit causa per
se sed per accidens non dicitur proprie causa nec proprie
cadit sub arte. Propter quod ignorantia
vel error non dicitur proprie radix vel
initium peccandi.

¶ Tertio principaliter queritur de divisione
peccatorum et comparatione eorum. Et
primo queritur utrum vitia capita-
lia convenienter distinguantur
per illa septem que sunt superbia, avari-
tia, luxuria etc. Et videtur quod non quia illa
vitia dicuntur capitalia que sunt caput ad alia sicut ra-
dix ad plantas ut in 2º de anima
dicitur. Una radices sunt ori similes. Igitur
cum in peccatis caput et radix dicantur
transsumptive et per similitudinem
illa sola peccata debent dici capita-
lia que dicuntur radices aliorum. Sed
illa septem que enumerantur in littera
non dicuntur radices peccatorum ut
patet ex precedenti questione. Ergo non debent
dici capitalia ~~que dicuntur radices
aliorum~~. Item vitia capitalia dicuntur
quia pena capitis puniuntur. Sed inter
illa septem multa sunt que non puni-
untur pena capitis ymo singula
ex ipsis possunt esse venialia vel
mortalia. Quedam etiam alia sunt que pro-
pter dicta pena puniuntur ut homicidium
et furtum et huiusmodi que non continentur
in illis vii. Ergo male enumerantur.

¶ In contrarium est in littera et Gregorius
xxxi moralium ubi predicta vitia
enumerat vocat ea capitalia. Respondeo
sicut nomen radicis non dicitur in peccatis
proprie sed transsumptive sic et nomen
capitis. Caput enim in homine est mem-
brum sub quo cetera ordinantur et con-
tinentur ut in peccatis illud dicitur capita-
le quod multa continet et sub quo multa
peccata ordinantur. Peccatum autem dicitur
contineri duobus modis secundum rationes

originis unum quod eciam dicitur ali-
quomodo continere in suo primo ori[?]-
et peccatum quod sic continet aliud dicitur ra-
dix eius ut patet ex precedente.
Secundo alio modo dicitur unum peccatum con-
tinere aliud sicut totum universale sicut
genus sub se suas species et peccatum
quod sic alia continet dicitur capitale
id est quod dicitur divisio peccati generaliter sumpti per
vicia capitalia est divisio quasi generis ge-
neralissimi in eo quod in mete[?] sibi[?]
continetur et alia sub se continet
propter quod capitalia dicuntur et talia
sunt illa septem quod patet videri sic
omne peccatum consistit in inordinato ap-
petitu boni apparentis vel in inor-
dinata fuga mali apparentis. Ap-
parens autem bonum vel appetitur honos[?]-
tum quod appetit superbia vel utile
quod appetit avaricia vel delectabile
quod appetit carnalis concupiscencia et
hec sunt tria vicia capitalia que
enumerat beatus Iohannes in prima canonica ii ca-
pitulo dicens Omne quod in mundo est concu-
piscencia carnis est et concupiscencia oculorum
et superbia vite. Omne enim peccatum quod
consistit in inordinato appetitu boni
apparentis continetur sub aliquo isto-
rum trium. Carnalis autem concupiscencia
que respicit apparens delectabile
dividitur per divisionem sui obiecti bi-
na quia quoddam est delectabile tactui
quod inordinate appetit luxuria et
aliud delectabile gustui quod inordina-
te appetit gula. In tactu enim et gu-
stu maior est delectacio quam in aliis
sensibus et circa corporis obiecta magis
contingit peccare et sic habemus quatuor
vicia capitalia que consistunt in in-
ordinato appetitu boni apparentis.
Circa malum autem apparens quod inordinate
fugit appetitus quod tamen secundum veritatem
est bonum duplex vel in ipso et hoc
fugit accidia propter quam homo renuit
laborare vel aliquid triste sustinere
propter acquisicionem bone virtutis vel
in altero et illud vel est bonum non-
quod refugit ira propter bonum consur-
git in alium quem existimat

sibi nocivum vel est bonum superad-
ditum quod refugit invidia que
est tristicia de bono alterius quod exsti-
matur esse in diminucionem boni pro-
prii et in universo sunt septem vicia
capitalia sub quibus fere omnia
vicia continentur. Ad iii argumentum dicendum
quod peccatum ex alia proprietate dicitur radix
et ex alia dicitur caput. Radix enim dicitur
ex proprietate originis que non con-
venit omnibus sed caput dicitur ex hoc
quod plura sub se continet per modum
universalis quod competit hiis septem que dicta
sunt. Ad secundum dicendum quod peccatum non
dicitur capitale quia privat pena capitis
sed propter causam que dicta est. Abusive et di-
cuntur[?] peccata mortalia cum secundum singula
eorum contingat peccare venialiter
quamquam et quamque mortaliter sit argumentum.

Secundo queritur utrum peccatum convenienter
distinguatur per veniale et mor-
tale. Et videtur quod non quia peccatum est dictum
vel factum vel concupitum contra legem
dei est peccatum mortale ut dicit Augustinus
xxii contra Faustum, sed omne quod est contra
legem dei est peccatum mortale. Ergo omne
peccatum est mortale et nullum veniale.
Item quidquid tollit virtutem est peccatum
mortale ut videtur, sed omne peccatum tollit
virtutem. Declinat enim a medio virtutis
per excessum vel defectum. Ergo omne pec-
catum est mortale et non veniale.
Item quicumque amore inheret creature
rei inheret ei vel sicut fruens vel sicut
utens ut patet per Augustinum in primo de doc-
trina christiana, sed nullus peccans inheret
bono commutabili quasi non enim refert
ipsum ad bonum quod nos beatos facit quod
proprie est uti ut Augustinus dicit ibidem. Ergo
quicumque peccat fruitur bono commu-
tabili, sed frui rebus utendis est hu-
mana perversitas ut Augustinus dicit in libro
octaginta trium questionum. Cum ergo perversitas
peccatum mortale non est, videtur quod quicumque
peccat mortaliter peccat. In contrarium
magister in littera ut dicam convenienter lo-
quendum. Responsio dicendum sunt duo: primum
est qualiter sit divisio peccati per mortale
et veniale, secundum est quid sit pec-
catum mortale et quid veniale. Dicendum

Ad 2m dicendum est quod duplex est modus
dividendi aliquod commune in ea que sub ipso sunt
sicut est duplex communitas et .n. quedam communis
univocatio aliqua autem analoga de quibus dictum est in q.
dividit sicut alterum libet genus dividitur
in suas species aut in individua
ad est commune analogum quod non univoce dicitur
de hiis que sub ipso sunt sed de uno dicitur
simpliciter et perfecte de alio autem
imperfecte et secundum quid sicut ens dividitur per substantiam
et accidens et ens in potentia et ens in actu
hoc modo dicunt quidam quod divisio peccati
per veniale et mortale non fit primo modo
sed 2o quia ratio peccati perfecte et simpliciter invenitur
in peccato mortali in veniali vero non nisi
imperfecte et secundum quid quia minimum quod potest esse
de ratione peccati invenitur in veniali sicut
minimum quod potest esse de natura entis invenitur
in accidente vel in ente in potentia et hec opinio
non includit quod venialia non debent peccata
nisi secundum quandam imperfectionem peccati. Istud
autem nullam haberet calumpniam si omne
peccatum veniale consisteret in subitis
motibus qui preveniunt deliberationem et
circa materiam peccati mortalis sicut est subita
complacentia mulieris occurrentis quia
omnes tales motus habent rationem peccati
secundum quid et imperfecte cuius ratio est quia illud
est peccatum simpliciter quod est in potestate nostra
solum secundum quid sed motus prevenientes de-
liberationem non sunt in potestate nostra sim-
pliciter sed solum secundum quid id est non est perfecte
et simpliciter in potestate nostra nisi quod sequitur
deliberationem postquam habemus plenum dominium
actuum nostrorum ergo etc. // Sed quia peccatum
veniale invenitur non solum in subitis
motibus sed et in actu deliberato caden-
te super indebitam materiam sicut cum aliquis
sciens et deliberatus profert mendacium
iocosum ideo in talibus non videtur verum
quod dictum est scilicet quod peccatum dividatur
in mortale et veniale primo modo analo-
gice dicitur de uno simpliciter et perfecte et de
alio secundum quid quod patet primo quia actus voluntatis
simpliciter cadens super materiam simpliciter
indebitam est peccatum simpliciter sed multa
venialia sunt huius ut patet in exemplo

adducto et consimilibus ergo etc. //
Secundo quia in omnibus que analogice dicuntur
secundum prius et posterius perfectum et imperfectum
simpliciter et secundum quid ratio nominis nulli
competit nisi per attributionem ad unum
quod prius perfecte et simpliciter dicitur tale ut patet
in ente ut substantia et accidens entis in
actu et entis in potentia sed peccatum veniale
non dicitur peccatum per attributionem ad peccatum
mortale quia si non esset aliquod peccatum
mortale nichilominus esset dare peccatum
veniale quod non contingit in hiis
que analogice dicuntur quia si non esset substantia
accidens non esset et si non esset sanitas
aliquibus medicinis diceretur sanum ergo ratio peccati
non convenit analogice peccato mor-
tali et veniali nisi solum cum actus veni-
alis consistit in subito motu circa
materiam peccati mortalis tale enim dicitur
peccatum solum secundum quid et in similitudine
ad actum deliberatum circa eandem
materiam que est peccatum mortale. 3o quia
sicut unum oppositorum dicitur multipliciter et re-
liquum sed actus virtuosus et peccatum oppo-
nuntur ergo si in peccatis est multiplicitas
analogice participando rationem peccati in
actibus virtuosis erit similis multipli-
citas participando rationem virtutis
quod non dicimus comparando actum interiorem
interiori vel exteriorem exteriori licet
hoc dictum fuit in precedente distinc-
tione comparando actus aliarum et aliarum
potentiarum actum interiorem et modo potius
posuimus analogiam in peccatis sed talis
analogia non est inter veniale et mor-
tale immo invenitur tam in veniali quam in
mortali comparando actum interiorem
exteriori patet ergo quod divisio peccati per mor-
tale et veniale non est divisio ana-
logi sed est divisio univoci quod ratio
peccati simpliciter et univoce salvatur in
utroque licet unum sit gravius altero
gravitate alterius rationis specialis na-
ture sicut species sub genere nam genus simpliciter
participat una tamen est perfectior altera
perfectione differente specie et sic patet primum
// Circa 2m notandum est quod peccatum veniale
dicitur illud de quo de facili venia habetur
quod contingit tripliciter uno modo quia ab
peccatum quandam rationem venie habet sicut

cui peccat pigritancia vel per infirmitatem ex vehemencia passionis. 2o modo ex eventu quia scilicet pro peccato sufficienciens efficitur pena eius ita solubilis sicut contritio et confessio sufficiens pro eo satis pena eius ita solubilem quia eternitas eterna in temporale veniale aut acceptum. His duobus modis non distinguitur contra mortale quia mortale potest pigritancia fieri et sic est veniale ex causa quantum ad primum. Et iterum illud quod est mortale fit veniale per contritionem et confessionem et 2o dicitur veniale ex eventu quantum ad 2m. 3o modo dicitur veniale ex genere actus vocando genus actus rationem quam sortitur actus ex obiecto vel obiecta et veniale distinguitur contra mortale. Ad cuius distinctionem notandum quod peccatum hic modo peccatum est quedam infirmitas anime et ideo sicut in morbis morbus ille dicitur mortalis qui infallibiliter inducit privationem principii vite corporalis sic in peccatis illud dicitur mortale quod inducit privationem principii vite spiritualis, veniale autem dicitur illud quod talem privationem non inducit. Principium autem quo vivimus spiritualiter est caritas per quam homo bene ordinatur ad deum et ad proximum et ideo illud est peccatum mortale ex genere suo quod repugnat dilectioni dei ut blasphemia, periurium et huiusmodi vel dilectioni proximi sicut homicidium, adulterium et similia. Hec enim et similia pervertunt debitum ordinem dilectionis ad deum et fedus humane societatis ad proximum. Propter quod ex genere suo sunt peccata mortalia. Cum enim homo teneatur diligere plus seipsum quam proximum sicut illa que sunt in iniuriam proximi sunt contra caritatem et peccata mortalia sic ea que homo committit contra seipsum et contra naturam [?] sicut occidere seipsum vel peccare contra naturam sunt contra caritatem et peccata mortalia. Quando vero voluntas peccantis fertur in illud quod in se quandam continet inordinationem

periurium

non tamen contrariatur dilectioni dei aut proximi non tollit ordinem debitum dilectionis ad deum nec fedus humane societatis ad proximum sicut verbum ociosum, risus superfluus et similia; talia dicuntur venialia ex genere et hec sunt [?]. Ad primum argumentum dicendum quod omne peccatum est contra legem dei naturalem vel inspiratam vel aliquo divinatam. Nec tamen omne peccatum est mortale quia in qualibet lege sunt aliqua precepta et prohibitiones de hiis que necessaria sunt ad custodiam civilitatis et sine quibus dissiparetur civilitas et facere contra hoc est peccatum mortale. Alia vero sunt que in dicta lege non tamquam necessaria simpliciter quia sine eis non staret bonum civile sed tamquam facientia ad perfectionem et decorem civilitatis et quorum oppositum habent quidem aliquam inordinationem sed non sic intendunt civilitatem et facere contra talia non est peccatum mortale in aliqua lege. Quod autem quidam dicunt quod [?] solum intelligitur de peccato mortali quod est simpliciter peccatum non videtur quia inventum [?] est directe contra legem naturalem et non solum preter et idem est de omnibus que ex genere suo sunt peccata venialia propter quod tenendum est prior sola. Ad secundum dicendum quod non omne quod tollit virtutem quamcumque vel contrariatur actum virtutis moralis est peccatum mortale quia sicut sunt multe virtutes morales que non sunt de necessitate salutis ut eutrapelia, mansuetudo et quedam alie sed sunt de decencia et honestate sic et actus oppositi non sunt peccata mortalia sed venialia. Ad tertium dicendum quod non omnis qui inheret alicui rei in hereditate sit fruens vel sit bene utens sed potest ei adherere ut abutens seu male utens eo quod non refert ad debitum finem et quia non omnis abusus est peccatum mortale ideo non oportet omnem peccantem peccare mortaliter.

Tertio queritur utrum peccatum mortale et veniale differant pena ei debita. Videtur quod peccato mortali debeatur pena eterna et veniali

statu innocentie / p rationem prius dictam
sed secundus non fuisset / qr ante peccatum non
fuisset q homines nocere possent / nec volun-
tas cuiusque q bono contradixisset
p q non fuisset opus subditos defen-
dere ab impugnatione aliorum / nec
penas infligere ad correctionem morum
Et ergo q debitum est z ordinatio ordi-
natione q inter homines sit placio
sed ex tanto hominis ordinationis p homines
plerique non est adeo / nec sit peccatum
sicut adeo / p3 hoc p3 / Ad argumenta v i cuius
patis.

Tercio queritur / utrum christiani de-
beant obedire principibus secula-
ribus z videtur q non / qr Iacobi 1o lex
evangelica vocatur lex perfecte libertatis
q non esset nisi liberaret ab obedientia
cuiuscumque principis secularis / ergo
z cetera / Item quibus non licet recurrere
ad iudicium illis non tenentur obedire
sed christianis non licet recurrere ad iudicium
principum secularium maxime si sint
infideles / unde apostolus reprehendit i ad
cor. vi quosdam qui recurrebant
ad iudices infideles / ergo videtur
q christiani non tenentur obedire prin-
cipibus secularibus maxime si
sint infideles / In contrarium est q
dicit apostolus Ro. xiii / omnis anima

ptatibus subiectionibus sb dita sit
q loquatur de ptate seculari pz p
illud q sb dicitur no eni sine ca
ca gladiu ptat. co stat aut q lo-
xanis quibus scribit. ergo xani te-
nent obedire ptati seculari. To
pncipu seculariu quida st fideles
et quida infideles et in utroqz deducit
questio vno quali pncipio p se
noto. isto s. q si xanus legitime
subest ptati seculari tenet obedire i
hijs ad que se extendit ptas non
solu pp ira i. timore pene sz pp co
sciam q no obediendo resistit dei ordi-
nacoi ut dr Ro. xiij. po. ergo audet
q xani legitime subsut ptati secla-
ri fideli. Sm pz du v. po sic illud q
est p dictamen vte rois no tollit
p fidem et graz. fides n. et gra non
tollunt natam seu roim naturalem
sz pficiunt. sz platos seculares dr s dicta-
men vte rois esse i hominibus
ut pz ex pte te questione. ergo hc no
tollit a xanis p fide et graz p que
distinguunt ab alijs. Itez vbicuqz
pt pturbari ordo iustie debz aliqs
esse qui ex officio faciat hunc ordinem
obseruari sz int xanos contingit p-
turbari ordinem iustitie no solum
i spualibus sz et in tpalibus. ergo dz
aliquos esse qui ex officio faciat
hunc ordinem obseruari int xanos
ex officio aut no het nisi ille q
pest. vn Ro. xiij dr vis no time-
re ptatem bonu fac et hebis lau-
dem ex ea. si aut male feceris time
no n. sine causa gladiu port-
ta. minist. n. dei est etc. Dicet ergo s
rtam roim q int xanos sint ali-
qui q possint no solu in spualibus
ut plati ecclesiastici sz et in tpalibus
et hij sunt pncipes seculares. pz ergo
q ptas secularis int xanos legit-
tima est cui subditi tenent obedire
in hijs que ad ius talis ptat p-
tinet. Circa aut ad secundum s. an
pnceps secularis infidelis rite pos-
sit pesse fidelibus xanis et p quos
xani debeant ei obedire. disting-

.pn. ipse notu.

Het

wendum est q dniu vl prelatio
pncipis infidelis sup xanum aut
pexistit distinctoi eorz p fidem
et infidelitatem. ut pote q subditus
conuersus est ad fidem et no pnceps
sicut in pmitiua eccia passim fiebant
vl pmus contitit et no dnus. sic adhc
quoqz fit de smus iudeorum. aut talis
platio vl dniu de nouo introducit
in pmo casu dicunt quida q distinc-
tio fidelium ab infidelibus no tollit
ipo facto pcedentem platoem vl dniu
infidelium sup fideles. et huius ro est q
ius dnii q est ex gra no tollit
ius huanum q est ex naali roe. sz
platio introducta est iure huano
vt i innititur i naali roe ut patuit
sup. distinctio aut fidelium ab infi-
delibus est ex iure diuino. ergo hec
distinctio no tollit pcedentem pla-
coem vl dniu ipo facto i mo ad hoc
tenent fideles subditi obedire pnbz
vl dnis infidelibus. addunt tn q
licet ipo facto no tollat talis dnacio
iuste tn pt tolli p ordinem eccie qui
het auctem dei q infideles merito sue
infidelitatis merentur amittere
ptatem sup fideles qui transferunt
in filios dei. et hc quidem eccia quoqz
facit. quoqz aut no facit. i illis eni
infidelibus qui tpali subiciunt ecce
et membris eius hc ius eccia statuit
ut seruus iudeorum factus xanus sta-
tim a seruitute liberatur si fuit v
nactus i seruitute natus et sc. si fuit
emptus ad seruicium. si aut fuit emptus
ad mercatoem tenet eu exponere
infra iij menses ad vendendu. ut
pz liiij d. fraternitatis et ext de iu. et
sarra. ca. io. et ultimo. nec in hoc i in-
iuriam facit q cum iudei sint serui
ecce pt disponere de rebus eorz. sic
et pncipes seculares multas leges e-
diderunt erga suos subditos in
fauorem libertatis. in illis vero infide-
libus qui tpalr ecce nec eius
membris no subiacet p dcm ius no
statuit licet possit iuste statuere
et hc facit pp scandalum vitandum. sic
et dns Mt. xvij. ost q potat se excu-

bitus ex[illegible] / quia liberi sunt filii
/ sed mandavit tributum solvi ad scan-
dalum vitandum. / Tertio autem primum re-
puto verum absolute / scilicet quod subditus principis
infidelis si convertatur ad fidem non
est ipso facto absolutus a dominio alterius
/ quod autem subditus / quando iuste per ordinationem
ecclesie habentis auctoritatem dei potest absolvi / quia
infideles merito sue infidelitatis possunt
iuste privari potestate quam habent super fide-
les / verum quidem est / dictum tamen addendum
est / quod si princeps vel dominus infidelis
non contempta sua legitima auctoritate
nititur subditum vel servum suum christianum re-
ducere ad infidelitatem / nec patitur quietum
esse ut prius / sed inquietat ipsum pro contume-
lia illata creatori / potest tunc ipso facto
privari vel saltem privari potest auctoritate
ecclesie iure quod habebat in subditum / quod patet
primo / et postea quando talis est dominus infideli[illegible]
[illegible] et persuadens discessionem
a domino superiorem a quo habet totam auctoritatem
dominandi privatur ipso facto vel iuste meretur
privari auctoritate sui principatus vel dominii / sed
princeps vel dominus infidelis qui subditum
suum vel servum suum christianum nititur ad infi-
delitatem revocare et inquietare pro con-
tumeliis creatori illatis est huius-
/ suadet ei discessionem a deo a quo est
omnis potestas ut dicitur Ro. xiii / ergo talis
meretur iuste privari auctoritate sui dominii.
/ Item patet postea / quia non coniugis est obli-
gatus coniugi adinvicem sicut est subdi-
tus ad principem vel servus ad dominum / sed si alter
coniugum convertatur ad fidem altero in in-
fidelitate permanente si infidelis non
vult permanere cum fideli non pertrahendo ipsum
ad infidelitatem / vel absque blasphemia cre-
atoris fidelis absolvitur a vinculo
quo ei ligabatur / ergo eodem modo si prin-
ceps vel dominus infidelis nititur servum vel
subditum suum christianum ad infidelitatem
reducere blasphemando creatorem
meretur amittere ius dominii quod habet sicut
cum / vero et in hoc casu movet christianam auc-
toritatem ecclesie bellum iustum contra infide-
les ne fidem Christi impediant blas-
phemiis vel persuasionibus malis vel
persecutionibus manifestis / et forte hanc
tantam habet / et iam dominium habet etiam de

quocumque converso ad fidem vel adhuc cuiuscumque
principis vel domini infidelis sarracenorum
vel iudeorum qui tamen sunt obstinati in sua
infidelitate / probabile est et multis experimen-
tis compertum est / quod quicumque subditum
vel servum suum conversum ad fidem nititur
reducere ad infidelitatem et ob hoc est codicis
a [illegible] perimpleta habetur. / Si autem
princeps vel dominus infidelis esset con-
tentus sua legitima auctoritate
nec nititur subditum ad infidelitatem
reducere / nec blasphemias infert
creatori / sed permittit ipsum quietum esse
ut prius / non ita evidenter apparet quod
talis princeps deberet iuste privari
auctoritate et dominio quod prius habebat in
subditum / quia si subditus de novo con-
vertitur ad fidem et ille dominus in hoc
nullum novum peccatum est dominus / sed est mitis
subdito / ergo infidelitas domini non potest esse
sufficiens causa quare mereatur amittere dominium
quod prius legitime habuit in eadem infi-
delitate existens / sed si quid novi est ille de
suo conventu servi vel subditi qui de
novo translatus est in societatem
filiorum dei / et ob hoc possit videri aliquibus
quod talis mereretur absolvi a dominio
principis infidelis / et ecclesia auctoritate dei
possit eum iuste absolvere. / Sed quomodo
conversus ad fidem mereatur aliquid
maius tali libertate / liberatur enim a pec-
cato et meretur vitam eternam / non oportet
quod mereatur liberari a subiectione
principis infidelis / quia conversus ad fidem
ex hoc solo non videtur liberari ab eo quod
in nullo modo preiudicat fidei / sed subiectio prin-
cipi infideli qui contentus est sua le-
gitima auctoritate / nec nititur sub-
ditum conversum ad fidem reducere ad
infidelitatem / nec inquietat ipsum
per aliquam contumeliam creatori illatam
/ sed patitur quietum esse ut prius non
preiudicat nec in aliquo derogat
fidei / ergo ex sola conversione ad fi-
dem non meretur quis absolvi a sub-
iectione ecclesia 2o / licet habeat in eis
auctoritatem dei / illa tamen non excedit
limitationes scripture / scriptura autem
expresse dicit conversos ad fidem
debere subici prioribus dominis quibus i-

infidelibus et eis obediunt. dicit namque apostolus
Ro. xiii. quod principes qui tunc solum
erant infideles sunt ministri dei servi-
entes ad laudem bonorum et ad vindictam
malorum, et ob hoc tamen dant eis tributa
et concludit: reddite ergo omnibus debita
cui tributum tributum, cui vectigal vectigal.
vii Et patet quod mandat conversos ad fidem ad
hoc subici principibus infidelibus et red-
dere eis que sunt subiectionis sue eis debita
et i Pet. ii ca. dicit: subiecti estote sive
regi tamquam precellenti, sive ducibus
tamquam ab eo missis ad vindictam male-
factorum, laudem vero bonorum, quia sic est volun-
tas dei. et i ad Thi. vi dicit: sit quicumque sunt
sub iugo servi dominos suos omni honore dig-
nos arbitrentur, et loquitur de dominis in-
fidelibus, ut patet ex hiis que statim ibidem
subduntur. ex quo patet quod scriptura non in-
nuit quod servi vel subditi conversi ad fidem
possint vel debeant solo merito sue
conversionis absolvi a potestate dominorum
suorum infidelium, immo potius videtur
insinuare oppositum. ¶ Secundo persuadetur
idem sic: illicitum est quod infideles qui
nunquam receperunt fidem compellantur
ad fidem, sed sic etiam privare principem
infidelem iure suo quod habet super sub-
ditos suos ipsis conversis ad fidem tr...
compellit eos ad fidem per amissionem
bonorum, quia servus est res domini sui, et
omnis subditus tenetur in aliquo domino
suo, et hec amitteret dominus nisi converteretur
ad fidem, sicut servum seu subditum, ergo illicitum
hoc est facere, nulla autem potestas est ad
illicita, ergo etc. ¶ 3o sic: si alter coniugum
convertatur ad fidem altero in infide-
litate remanente, si infidelis con-
sentiat habitare cum fideli absque hoc
quod pertrahat ipsum ad infidelitatem et
absque blasphemia creatoris, non
solvitur nec solvi debet vinculum ma-
trimonii inter ipsos, ergo similiter si princeps
vel dominus infidelis exigit a subdito
vel servo suo fideli solum id quod pertinet
ad ius sui dominii, nec nititur ipsum per-
trahere ad infidelitatem, nec inquietat
per blasphemias creatori illatas, non
solvitur nec iuste debet solvi obligatio
que prius erat servi ad dominum suum vel

subditi ad principem suum. ¶ Verum-
tamen si dominus fuerit prius predicta conditio
forte principum non habet locum, nec dominum est
sunt per obstinatorum infidelium per quam
nituntur blasphemare creatorem
et fidem et fideles ad infidelitatem re-
ducere, ob quam causam prohibitum est coniugi
converso ad fidem commanere cum illo qui
remanet in infidelitate, sicut habetur 28
q. i ca. iudei, in fine, et ca. sepe malo-
rum consortia, et in pluribus aliis, et ideo
predicta condicio nunc habetur pro nulla
temporibus supponitur ut impleta, quare ob causam
dicunt doctores quod servus vel subditus
conversus ad fidem potest per ecclesiam absolvi
a dominio vel a potestate principis infidelis
pro isto tamen quod hec sit expositio conditionis
non supponitur. si ergo patet qualiter etiam
tenentur obedire dominis infidelibus
qui dominium receperunt ante conversionem eorum ad fidem
et infidelitatem. ¶ De prelatione autem
infidelium de novo introducenda super fi-
deles nullo modo permittit ecclesia quod infide-
les acquirant dominium super fideles, aut
quod eis in aliquo officio presidant(?) et ratio-
nabiliter(?) cedit enim hoc in scandalum et
periculum fidei, de facili enim qui sub-
duntur aliorum iurisdictioni immutantur
ab eis, ut patet libro Regum in pluribus
locis. Infideles et contempnunt fidem
quia cognoscunt defectus fidelium, propter quod
iuste prohibet ecclesia ne tales dominium
introducant, si tamen introductum fuit
sicut quidam principes xpianorum faciunt
ex iudeis quos suos thelonarios(?) et ballivos
preficiunt quidem facientes contra statutum
ecclesie, subditi tamen tenentur inde-
bite sic institutis obedire in hiis que
pertinet ad iustam executionem officii
talibus commissi. ¶ Ad i argumentum dicendum(?) opposi-
tum est quod lex evangelica vocatur
lex perfecte libertatis, quia liberat a servitute
peccati que est pessima servitus, et ab oneribus
et ducibus(?) legis veteris quod nunquam portare
re potuit, et non quia liberet a servitute
civili per quam subditus tenetur obedire
domino suo etiam sit conservi... et multo
vim. ¶ Ad 2m argumentum dicendum quod maior est falsa
obedire enim principi in hiis que ad eius
dominium pertinet est necessarium, trahere autem

illum ad iudicium coram iudice infide=
li est volumus / et ideo preceptum est debitum / secundum
autem non sed mere voluntarium / vnde non vrget
in periculum est illi at in quo casu loquitur
apostolus / Quartum autem dicit dominus Mt. xvii filii
sunt liberi / dicit loquens et dicat / cum
non filius regis eterni sic dixerat petrus
supra xvi° capitulo tu es xpistus filius dei vi=
ui / et ob hoc liber erat a debito tributi / non
sic autem est de nobis / nec sic erat tunc de
ceteris fidelibus illius temporis / vnde dominus
iussit eos tributa soluere principi infideli
Mt. xxii dicens Reddite que sunt cesa=
ris cesari

Quarto queritur de obediencia religi=
osorum / et primo vtrum religiosi
teneantur prelatis suis in omnibus obedire
et secundo an teneatur plus religiosus obe=
dire vtrum prelato suo religioso vel episcopo
seu pape / Ad primum sic proceditur / et arguitur
quod religiosi teneantur prelatis suis in
omnibus obedire / quia in habentibus ordinem
sic se habet primum ad secundum sicut medium ad ter=
cium / sed inter subditum prelatum et deum est or=
do prelacionis et subiectionis ita quod prelatus
est medius inter subditum et deum / ergo
sicut prelatus tenetur obedire deo sic
subditus prelato / sed prelatus tenetur obedire
deo in omnibus / ergo et subditus prelato
Item sicut religiosus profitendo vouet
castitatem et paupertatem ita et obedienciam / sed
religiosus tenetur seruare castitatem et
paupertatem in omnibus ergo obedienciam / In
contrarium est quod dicit sanctus Bernardus in libro
de precepto et dispensacione / subditus vltra
promissum non est cogendus sed nullus
religiosus promittit obedire in omnibus
ergo etc. Responsio sciendum est quod debitum
obediencie religiosorum ex voto religio=
nis consurgit / propter quod votum obligat
se vltra communem obligacionem necces=
sariam omnibus ad salutem / votum autem
religionis non est ad obediendum in
omnibus / nullus enim religionis professio
talem habet formam / sed est ad obediendum secundum
regulam et legitima statuta religi=
onis / et ideo nullus religiosus tenetur
prelato suo in omnibus obedire / sed solum
quo ad illa que sunt expressa in regula et sta=
tutis religionis / vel ad ea reducibilia

Hec autem sunt in duplici genere / quedam
sunt reducibilia per modum presupposicionis
sicut precepta iuris naturalis et diuini / consilia
enim que vouentur a religiosis suppo=
nunt precepta / et ideo religiosi non solum
possunt puniri a prelatis suis de trans=
gressione consiliorum que vouerunt
sed et de transgressione preceptorum / puta
si sint fures / vel adulteri / puniuntur
blasphemi / et de aliis / nisi sint talia
crimina quorum punicio superioribus reser=
uata sit / Alia autem sunt reducibilia per mo=
dum consequentis / sicut ea que pertinent
ad mutua obsequia / et quedam
similia sine quibus bonus status
religionis seruari non posset / Igitur
sunt in quibus religiosus tenetur obedire
prelato suo / quia hec continentur in voto
professionis expresse vel reductiue
in aliis autem non tenetur obedire
vnde Bernardus in libro de precepto et dispen=
sacione dicit / sic inquit nec prelatus prohibe=
at horum que promisi / nec plus exi=
gat quam promisi / Si tamen obediat in aliis
dummodo licitis bene facit / et est obediencia
non necessaria sed perfecta / Si autem obe=
diat in omnibus et illicitis fatue facit
et est obediencia temeraria / Ad primum argumentum
dicendum / quod prelati sunt medii inter deum
et populum non quo ad omnia sed solum quo
ad illa que spectant ad ius sue pla=
cionis / et in hiis omnibus est eis obe=
diendum / Iuxta illud Luce x. Qui vos
audit me audit / non autem in omnibus
simpliciter / Ad secundum dicendum quod castitas et pau=
pertas habent determinatam materiam circa
quam sunt et obligant in professione re=
ligionis / obediencia autem habet latissimam
materiam / quia omne quod est licitum potest
poni sub voto obediencie / et quia multa sunt
licita que nichil faciunt aut vale=
rent ad perfectionem vite religiose / ideo
votum obediencie limitatur in singulis reli=
gionibus ad aliqua certa que magis
congruunt fini propter quem religio instituta
est / qui finis propter hoc variatur in variis
religionibus

Ad secundum sic proceditur / et videtur quod mo=
nachus teneatur plus obedire
abbati quam episcopo vel pape / saltem in hiis
que pertinent ad regulam / et ad statuta

sue religionis quia obediencia reli-
giosorum quantum ad predicta est ex voto
eorum / sed monachus vovet tantum
obedienciam abbati et non episcopo vel pape
/ ergo in talibus tenetur obedire ab-
bati et non episcopo vel pape / Item si ali-
quis promittat obedire magistro civitatis sue
/ non propter hoc tenetur obedire magistro
episcopi vel pape / ergo similiter si quis pro-
mittit obedire inferiori puta abbati
in aliquibus non propter hoc tenetur in illis
vel consimilibus obedire episcopo vel pape
In contrarium arguitur / quia superiori et
sublimiori potestati est magis obedien-
dum / si enim iubeat proconsul et ad-
imperator contempto proconsule obedi-
endum est imperatori Sed potestas
episcopi est sublimior potestate abbatis / et
potestas pape sublimior est utraque / ergo
plus est obediendum episcopo quam abbati et
pape quam cuicumque inferiori Respondeo potestas
superior et inferior possunt se habere dupliciter
Uno modo sic quod oriatur a potestate superiori
que una subdit alii prout vult / et tunc
una non est simpliciter superior alia in omnibus
/ sed solum in illis in quibus preficitur alii
per ordinacionem superioris potestatis / sic eciam
de archiepiscopis et episcopis et decanis canonicis
et abbatibus / quia omnes istorum potestates
descendunt a potestate pape / et una subdi-
tur alii tantum in certis / prout volunt iura
canonica / quorum papa est conditor / In
his ergo casibus magis est obediendum
superiori quam inferiori / puta archiepiscopo
quam episcopo / et episcopo quam abbati si monasterium
non est exemptum / in aliis autem in quibus
unus non est alii subditus magis est
obediendum episcopo quam archiepiscopo / et abbati
quam episcopo / quia in talibus inferior est
prelatus / et non superior Alio modo possunt
se habere potestas superior et inferior / ita videlicet
quod inferior totaliter oriatur a superio-
re / sic potestas proconsulis a potestate imp-
eratoris / quo modo omnis potestas ec-
clesiastica oritur ex potestate pape
/ et magis est obediendum in omnibus
superiori quam inferiori / sicut imperatori
quam proconsuli / et pape magis est obediendum
tam a clericis quam a religiosis quam
archiepiscopo vel episcopo vel abbati / et hoc in

quibuscumque absque ulla distinctione
Si utrumque utatur iuste et legitime potestate
sua precipiendo ea ad que sua potestas extendi-
tur alias non / verbi gratia Si abbas precipiat mo-
nacho quod faciat ea que in sua professione
promisit / et illud idem precipiat papa / quam-
vis utrique sit obediendum / quia in talibus
quilibet religiosus est utrique subiectus
/ magis tamen pape quam abbati / quia ab auctoritate
pape dependet auctoritas cuiuslibet
legitimi collegii / et potestas illius qui preest
collegio Si vero abbas et papa precipi-
ant opposita / utrique tamen precipit illud ad
quod sua auctoritas se extendit magis est
obediendum pape quam abbati / verbi gratia Si ab-
bas precipiat monacho servare statuta
legittima sui ordinis / puta rema-
nere in claustro / ire ad chorum / tenere
silencium / et huiusmodi / papa vero precipiat ei-
dem monacho quod exeat claustrum / quia pro
utilitate ecclesie vult eum mittere legatum
obediendum est pape / non obstante precep-
to abbatis / quia spontanea obligacio istius
monachi ad servandum statuta sui ordinis
non potest preiudicare obligacioni qua
tenetur pape cuius est procurare utilitatem
universalis ecclesie cuius quilibet secularis
et religiosus est membrum / et non debet pro utili-
tate corporis minimi ad impedimentum capitis
pape videlicet / nec solum est hoc verum de statutis
/ et in talibus religionis in quibus et dispensa- Sed
cionis / tanta enim possunt esse necessitas
et tanta procurari utilitas universalis
ecclesie per unionem quod religiosus vel
religiosa ad preceptum pape tenetur
in unionem consentire non obstante
voto proprio vel abbatis precepto Si autem
papa preciperet monacho quod faciat ea que sunt
contra suam professionem non motus
aliqua necessitate vel utilitate ecclesie
sed sola voluntate / sed de hoc constaret
/ et abbas preciperet contrarium obediendum
esset abbati et non pape / non propter hoc quod
abbas habeat maiorem potestatem super
monachum quam papa / sed quia auctoritas ab-
batis est secundum limites sue potestatis
tamquam discordans a iure divino et con-
cessione Christi / Cum enim tale preceptum
abbatis esset secundum limites sue potestatis
ex quo solum preciperet ea que monachus

in sua professione promisisset probare non oportet quia de se clarum est. Sed quod preceptum pape de contrario excederet limites potestatis eius probatur primo quantum ad vota substancialia religiosorum, secundo quantum ad statuta cerimonialia eorum. De votis primo patet, quia sicut de iure naturali et divino expresso in pluribus locis sacre scripture est, quod vota solempnia que religiosi vovent tria principalia videlicet castitatem, paupertatem hoc est non habere proprium, et obedienciam, ergo de iure naturali et divino tenentur ista servare. Si ergo papa sola voluntate absque absque ulla necessitate vel utilitate preciperet ista non servari, preceptum suum esset contra preceptum dei a quo est omnis potestas, et ideo non esset ei obediendum in hoc casu, cum scriptum sit Actuum v: obedire oportet deo magis quam hominibus. Item magis tenetur servare castitatem et paupertatem ille qui hoc vovit quam qui non vovit, sicut minus verius loquendo primus tenetur et non secundus. Sed si papa sola voluntate absque necessitate et utilitate preciperet alicui volenti continere qui tamen continenciam non vovit quod non contineret, ille non teneretur obedire, ut probabitur, ergo multo minus teneretur obedire, ut probabitur, ergo multo minus tenetur obedire ille qui continenciam vovit si preciperetur sibi quod non contineretur. Minor probatur, quia concessionem superioris inferior revocare non potest. Sed Christus qui est supremum caput ecclesie concessit et consuluit castitatem seu continenciam, ut patet Matth. xix, et idem consulit apostolus i ad Cor. vii, ergo papa qui est inferior Christo non potest aliquem prohibere quin utatur hac concessione ut si velit contineat, nisi sit alteri per matrimonium ligatus, quia talis non habet potestatem corporis, ut dicitur prima ad Cor. vii, et sic patet minor. Sequitur ergo quod. Item ii Cor. x et xiii dicit apostolus de potestate sibi a Christo commissa: potestatem dedit nobis deus in edificacionem et non in destructionem. Sed si papa pro sola voluntate absque ulla necessitate et utilitate posset prohibere ea que sunt supererogacionis, cum pertineant ad perfectionem vite tamen volentibus ea quamvis in non nocentibus, hec
//no[n] esset ad edificacionem sed ad destructionem

bonorum morum et perfectionis vite, ergo ad hec non se extendit potestas apostolica. Et ita patet quod prohibere aliquem religiosum servare vota principalia sue religionis absque ulla necessitate vel utilitate sed pro sola voluntate excedit limites potestatis pape. Et hec expresse dicunt et scribunt doctores quod aliqua sunt in quibus homo est liber quod contra preceptum suum potest ea facere vel obmittere, ut sunt castitas, paupertas et cetera similia divina que Christus suadet. Secundo principaliter patet idem de statutis cerimonialibus ut sunt non comedere carnes, ordines statute vigilie et huiusmodi. Et potest hoc probari per rationes statim factas maxime per 2am et terciam, quia magis tenetur abstinere a carnalibus cibis monachus qui professus est regulam que prohibet omnino vesci carnibus quam secularis qui nichil tale promisit. Sed si papa absque ulla ratione sed pro mera voluntate preciperet seculari volenti abstinere pro decimum a carnibus, orare et vigilare et ieiunare, quod contrarium faceret, ille non tenetur obedire, alioquin papa posset pro voluntate sua absque quacunque ratione prohibere cuilibet seculari omnibus non solum pro uno die sed pro toto tempore quod non facerent ea que sunt consilii et supererogacionis, quod non sane mentis diceret. Ergo fortiori ratione monachus qui professus est regulam que prohibet esum carnium et mandat servare cetera regularia instituta non tenetur obedire pape precipienti quod comedat carnes, et quod tunc generaliter legittima sint ordinis instituta, si constet quod hoc preciperet ex sola voluntate absque ulla causa necessitatis vel utilitatis. Alioquin uno verbo posset papa prohibere omnibus religiosis demum quod nichil tenerent de observanciis sue religionis, quod videtur valde inconveniens. Tercio et vero premissis posita concluditur dictum non solum de votis principalibus sed et de aliis statutis regularibus, quod pertinet ad perfectionem vite saltem secundario, et ideo prohibere observanciam eorum absque ulla causa pertinet

potius ad destructionem horum morum quam
ad edificationem. Adde quod non se extendit
potestas data a pontifice, sed potius ad opposi-
tum. Non videtur quod in talibus sit obe-
diendum pape. Et si monachus non tenetur
in talibus obedire pape, multo minus
tenetur in eisdem obedire abbati,
sicut expresse dicit auctoritas beati Bernardi prius
allegata in qua dicitur: sic monachus me pre-
latus prohibeat horum que promisi. Sic
igitur patet quod monachus non tenetur obe-
dire cuicumque pape nec abbati precipienti
sibi sine ulla causa necessitatis vel
utilitatis transgredi vota sua et legitima
legittima statuta sui ordinis ad ob-
servanda se obligavit. Quinimmo potius quia est
opus supererogationis quod votum sua-
sit et preceptis servandis subiicit se religi-
osus obedientie abbatis, non quod tamen
illorum precipiat eis abbas servare te-
netur obedire ei. Et si papa preciperet op-
positum, dicit tamen constaret quod hoc faceret et
sine causa necessitatis vel utilitatis.
Nunc hoc est propter hoc quod habeat abbas maio-
rem potestatem super monachum quam papa,
sed quod auctoritas abbatis non dependeat
ab auctoritate pape, sicut prius dictum est, sed quod
monachus obligavit se ad talia facienda
et quo ad talia obedire. Et preceptum
abbatis est iuxta tenorem sue obligationis,
preceptum vero pape esset discordans immo
totaliter contrarium obligationi que est
de talibus a quibus nullus sine causa
prohiberi potest. Unde quod dixi alias in fine
primi libri sui a. Eo quod quo ad talia potestas
abbatis in nullo dependet ab auctoritate pape,
hoc est intelligendum racione prelationis et
illius, quod constat quod una est ab omnibus
aliis abiecta. Sed racione mo. que talis est
quod pape vel cuicumque precipienti contrarium
absque causa et racione si debitum constet licitum
est non obedire et facere quod est supererroga-
tionis, maxime illi qui talia promisit.
Et hunc sensum satis expressi ibidem. Dico sic
quod quo ad talia potestas abbatis in nullo
dependet ab auctoritate pape, ita ut papa possit
pro voluntate sua precipere ista non observari,
nisi cum observancia talium preiudicaret
bono communi ad quod procurandum quilibet tenetur
obedire pape, ut dictum est articulo 4 et opposito dicitur.
Quod obedientia que promittitur alicui aut promit-
titur ei ut persone sue, aut ut perso-
ne publice que preest alicui legittimo col-
legio. Si primo modo promissio non transit in alia
persona, unde qui promisit se facturum aliquid
pro eo quod ille iusserit, non tenetur ex tali
promissione ad iussionem alterius simile
facere. Secunda autem promissio que fit persone publice
que preest alicui legittimo collegio obligat
non solum quo ad illum, sed quo ad omnem
superiorem a quo potestas eius dependet. Talis
autem est obedientia quam monachus vel quicumque
religiosus profitendo promittit suo prelato,
et ideo obligat ipsum cuilibet superiori et potis-
sime a quo auctoritas cuius libet legittimi
collegii dependet. Patet quod monachus tenetur
obedire pape in omnibus in quibus tenetur
obedire ~~obedire~~ abbati, et in illis in quibus
procuratur utilitas universalis ecclesie.
Et si abbas preciperet oppositum, et prohibet prima
missio ad utramque partem articuli. Aut quod est
palam patet. Bernhardus probat quod plus obedire
debet monachus pape quam suo abbati, quia sicut
tota auctoritas abbatis super monachum dependet
ab auctoritate pape, tunc si papa iubeat aliquid
quod sit contra iussionem aut concessionem superi-
oris ipse est vicarius, non est ei obediendum,
sicut Augustinus in illa auctoritate coniungit dicens:
Si aliud iubeat imperator et aliud deus,
contempto illo obediendum est deo. Et esset si
papa sine ulla causa preciperet monacho
servare ~~monachum~~ que promisit episcopo
aut abbati, non sic est sic de papa et
abbate ~~non sic est sicut de papa et abbate~~,
quia abbas non subest episcopo in omnibus, sed solum
in illis in quibus subicitur, cum papa qui
preest omnibus, et ideo in illis casibus in quibus
abbas est subiectus episcopo potius debet monachus obedire
episcopo quam abbati, in aliis autem non. Et cetera. Eo autem est
simpliciter in omnibus obediendum quia sibi subest
in omnibus quod est evidens in pacta. Amen.
Et sic finit tractatus primi libri. Iste sequitur de bene-
dictione. Laus sit Christo qui est unus et summus magister.
Si quis autem minus bene dictum est comperiat, minus
perfectum cum indulgeat prius legat quam magis
velit esse benignus corrector quam emulus re-
prehensor.

Utrum creatio sit pro f. — d. prima
Utrum creata scientia sine principio et permanens potuerit ab eterno produci
Utrum in sine ... et motus et tempus potuerint fuisse ab eterno
Utrum potentia creandi possit creature communicari
Utrum deus agat in medio et in omni actione creature
Utrum deo competat agere propter finem
Utrum celum empyreum sit locus corporeus
Utrum habeant aliquam influentiam super inferiora
Utrum in evo sit successio
Utrum nunc evi sit idem quod evum
Utrum unum evum sit mensura omnium eviternorum
Utrum esse rei generabilis et corruptibilis mensuretur tempore
Utrum angeli sint compositi ex materia et forma
Utrum in individuo et pluralitas cadant in angelis
Utrum plures angeli possint esse sub una specie
Utrum angeli sint in aliquo magis in uno
Utrum potentia cognoscitiva angeli sit idem quod sua essentia
Utrum angeli cognoscant per species vel per suam essentiam
Utrum angelus cognoscat singularia
Utrum intellectus angeli sit quandoque in potentia
Utrum angeli fuerint creati boni vel mali
Utrum omnes fuerint creati in gratia
Utrum boni angeli fuerint perfecti sive confirmationis et mali sive casus
Utrum angelus peccare potuerit — d. quinta
Utrum potuerit peccare in primo instanti sue creationis
Utrum angeli boni meruerunt suam beatitudinem
Utrum primus angelus inter peccatores fuit de supremo ordine angelorum
Utrum peccatum primi angeli fuit aliis causa vel occasio peccandi
Utrum in demonibus sit ordo prelationis
Utrum demon semel victus possit postea aliquem temptare
Utrum angeli boni possint peccare
Utrum angeli mali possint aliquid boni facere
Utrum demones possint futura predicere
Utrum materia corporalis obediat demonibus ad nutum
Utrum angelus moveat per intellectum et voluntatem
Utrum angeli sint corporei
Utrum angeli in corporibus suppositis possint exercere opera vite
Utrum demon possit sentire corpus hominis
Utrum demones possint immutare sensus nostros
Utrum angeli cognoscant et affectiones nostras
Utrum differentia characteris data ad gradus sit bonum
Utrum homines serviant ad ordines angelorum
Utrum angeli omnes mittantur in ministerium
Utrum omnes angeli assistant
Utrum quilibet homo habeat angelum ad suam custodiam deputatum
Utrum angeli perficiant in cognitione per munera locutionum
Utrum unus perficiat in cognitione per illuminationem alterius
Utrum omnium corporum corruptibilium et incorruptibilium sit eadem materia
Utrum deus potuit producere materiam prius absque omni forma
Utrum lumen sit corpus
Utrum habeat esse reale in medio
Utrum alique aque sint super celos
Utrum motus celi sit naturalis
Utrum stelle moveantur solum motu sphere sue
Utrum celum sit figure sperice
Utrum corpora celestia habeant aliquam causalitatem super hec inferiora
Utrum celum habeat causalitatem super actus liberi arbitrii
Utrum celum agat per motum
Utrum in solis creaturis intellectualibus sit imago dei
Utrum ymago dei sit equaliter in homine et angelo
Utrum anima intellectiva uniatur corpori tamquam forma
Utrum anima primi hominis fuit producta ante corpus
Utrum paradisus terrestris fuit locus conveniens humane habitationi
Utrum corpus mulieris fuit formatum de costa viri sine additione materie
Utrum in materia sint aliquae rationes seminales
Utrum anima intellectiva traducatur cum semine
Utrum immortalitas ade in statu innocentie fuit naturalis
Utrum corpus ade fuit passibile
Utrum in statu innocentie fuisset generatio
Utrum in actu matrimoniali fuisset amissio virginitatis

utr in statu inno^e genuissent paruos in utroque sexu
utr parui fuissent nati perfecti corpore
utr fuissent nati in iusticia originali
utr temptacio sit peccatum
utr temptacio sit appetenda
utr peccatum primorum parentum fuit grauissimum
utr homo in statu inno^e potuit peccare venialiter
utr primum peccatum primi hominis fuit superbia
utr primus homo appetiuit esse ut deus
utr ignorancia sit peccatum
nota utr ignorancia excuset peccatum
utr alicui creature possit conferri uirtus quod sit in peccabilis per naturam
utr primus homo viderit deum per essenciam
utr homo in statu inno^e potuit decipi
utr liberum arbitrium sit potencia uel habitus uel actus
utr potencia peccandi pertineat ad libertatem possit esse libera libertate arbitrii
utr actus interior sit liberior quam actus voluntatis uel exterior
utr racio superior et inferior sint una potencia uel due
utr aliquod peccatum mortale possit esse in sensualitate
utr morosa delectacio quando est habetur de peccato mortali sit peccatum mortale
utr liberum arbitrium sit solum respectu horum que sunt ad finem
utrum liberum arbitrium sit plenius in hominibus in tellectu
utrum inveniatur equaliter in omnibus in quibus est
utr liberum arbitrium possit cogi
utr gracia et uirtus sint idem
utr gracia sit in essencia anime sicut in subiecto
utr diuisio gracie preparantis et cooperantis sit bona
utrum uirtus sit habitus
utr habens graciam possit mereri gloriam de condigno
utr sine gracia possit homo cognoscere aliquam veritatem
utr sine gracia possit homo aliquod bonum facere
utr sine gracia possit homo vitare genus quam peccatum mortale
utr sine gracia possit aliquis implere diuina precepta
utr sine speciali motu neque presenti possit homo se ad graciam preparare
utr homo in statu inno^e indiguit gracia
utr habuisset omnes uirtutes
utr opera hominis fuissent tunc magis meritoria quam modo
utr defectus quos sentimus in nobis scilicet mors fames egritudines et huiusmodi insint nobis a natura uel sint pene alicuius culpe
utr ad defectus in nos per egritudinem transeuntis possit haberi per te rationem culpe
utr originale peccatum sit carencia originalis iusticie uel aliquid aliud
utr alimentum conuertatur in ueritatem humane nature
utr semen sit de superfluo alimenti
utrum peccatum originale contrahatur per originem carnis
utr fortasse miraculose ex humana carne puta de digito uel pede contraheret peccatum originale
utr peccatum originale sit in essencia anime uel eius potencia tamquam in subiecto
utr peccatum originale tollatur in baptismo
utr sit in anima a deo
utr omnes anime a baptismo sint equales
utr peccata proximorum parentum redundet in filios
utr peccatum originale in uno quoque sit unum uel plura
utr parui decedentes in peccato originali doleant de carencia visionis diuine
utr racio boni sit absoluta
utr malum sit aliqua natura positiua
utr bonum sit causa mali
utr per malum culpe corrumpatur totum habilitatis anime ad bonum
utr malum sufficienter diuidatur per penam et culpam
utr omne peccatum consistat in aliquo actu
utr peccatum consistat in actu exteriore
utr peccatum sit causa mali
utr peccatum sit pena peccati
utr omnis pena insit ubi propter aliquam culpam
utr actus peccati sit a deo
utr deus sit actor mali pene
utr culpa habeat plus de racione mali quam pena

Utrum bonitas actus voluntatis sit ex fine
Utrum intentio sit actus voluntatis
Utrum sit idem actus voluntatis realiter vel specie eorum
que sunt ad finem
Utrum omnium bonorum voluntatum sit unus finis
Utrum culpa principalius sit in voluntate vel in ratione
Utrum consideratione mala sit malum
sic eligere malum est malum
Utrum voluntas naturaliter velit bonum
Utrum conscientia pertineat ad intellectum vel ad
voluntatem
Utrum conscientia erronea liget vel obliget
Utrum plus peccet faciens contra conscientiam
erroneam vel faciens secundum eam
Utrum aliquis actus possit esse in individuo ita quod
nec sit bona nec mala bonitate vel ma-
licia morali quam considerat moralis philosophus
Utrum aliquis sit indifferens ita quod non sit bonus
vel malus bonitate vel malicia meriti vel
demeriti quam considerat theologus
Utrum idem actus numero possit esse bonus
vel malus
Utrum fides dirigat intentionem
Utrum omne peccatum sit voluntarium
Utrum actus interior et exterior in malis sint
duo peccata
Utrum actus interior et exterior in bonis sint
duo merita
Utrum transeunte actu peccati remaneat rea-
tus pene
Utrum radices peccandi bene assignentur
amcgo in littera
Utrum vicia capitalia convenienter dis-
tinguantur penilla vii que sunt superbia et
avaricia etc.
Utrum peccatum convenienter distinguatur per
veniale et mortale
Utrum peccatum veniale et mortale differant
per penas eis debitas
Utrum omnia peccata sint paria
Utrum sit aliquod peccatum sit in spiritum sanctum
Utrum peccatum in spiritum sanctum sit irremissibile
Utrum potestas peccandi sit a deo
Utrum prelatio et quecumque potestas dominandi
sit a deo
Utrum christiani teneantur obedire principibus secularibus
Utrum religiosi teneantur prelatis suis in om-
nibus obedire
Utrum monachus teneatur obedire abbati

quam episcopo vel pape in hiis que pertinent
ad regulam et ad statum sue religionis

Explicit scriptum super secundum
sententiarum compilatum per fratrem
durandum de sancto porciano doc-
torem sacre theologie episcopum aniciensem

Lib' m' Johis Bachel'e
pret' duarum s' p' 2o fo

dominus

f ¶ Guilielmo coalo
dominus f ¶ heredib; qdam Arrigeri
f ¶ Ambro d medda
S ¶ pagano d medda fuie he
f ¶ Jacobo darzago
f ¶ Magro ottoni d gallara
f ¶ Ottoni d soregnio cu
f ¶ Jacobo d soregnio
f ¶ Marchesetto d soregni
S ¶ Arderico d cazule
S ¶ Bellollo d cazule
S ¶ Cazo d cuxano cu
S ¶ nuvirono d cuxano
S ¶ Eidem nubilero
S ¶ Muirano d cuxano
S ¶ Lanfranco d cuxano
f ¶ Galzano ostinario
S ¶ heredib; qdam marchi
f ¶ Gixsile que stat in do
¶ Varzano d philippo qu
f ¶ domine rose q stat in
f ¶ dne ysabelle que st
f ¶ Bolsauero que stat in
f ¶ Andree papazuche qu
f ¶ domine ymili e relicte
f ¶ Guilielmo bianco
Sp ¶ finibus vialtriano
f ¶ Rizardo q stat in mer
f ¶ Morene q stat in ipa
f ¶ bernardo eius filio q

[illegible]

[illegible]

[illegible] ///

Palea iiij d ...

Fr. ... polio j g

panis ij d

... iiij d

panis iiij d ...

...panis iiij d

Salterio panis ij g

...  j g ij d

...  ... j g

panis iiij d

... j g

... j d

... j d

Sum xxj ... iiij d

... ludmille ... ij g

... j g ...

... ij g

... ij g

... ij d ... iiij d

... iiij d

panis iiij d

... j g

... ij d

... ij d

... xx d

panis ... ij d ... j d

... ij d

... j g

... iiij d

... ij d ... iiij d

Salterio ... x d

... ij d

... xx g ...

Sum xxxj ... v d

... panis j g

... ij g ... ij d

... j g ... ij d

... j g ij d

... j g

... ij ij ij d

Sum ... xx ...

Ite distributa pro castro ...

pecunia dni ...

primo ... vasor ...

... vasis ... g

... bove xix g ...

... x g

... ij g

... in herstey ...

columbo ... vj g

... 

Sum ... xliij g

Ite dno ... in ...

... de castro herstey

... in die ...

... carnibus ... vj g

... carnibus agnelli j g ...

... vj g

Ite ... anglici ...

Ite ... in herste...

Ite ... x...

Ite de ... xiiij ...

vj g Ite ...

... vj g

Ite ... 

... de labore ...

xx v g ij j g

Ite in herstey ...

fornacem iiij g [illegible]

... reformacio iiij ...

... labore fornac iiij g

... xv ... x

Sum ... ij ... g ij d

...cas...

...colaum ...rdum ij° brasea

...s j x d

...one duo brasea j brasei

...s j v d sz secundum

...

...hael lapicida cum socio

...cum ... j ... j iiij d

...edr ... v d

...ibo moledinatore j bra

...x vj d

...guea coke j bra lxxv d

...viij s xxij d

Sunt per ... port xj ... 
panibus ... v ... iij ...

... ij panibus ij ...

Ad diem ... panibus ... vj ...

... iiij panibus ij ...

... diem ... v ...

... pullis viij ...

... albo ij ...

... ij ...

... ij ...

... j ...

... j ... iiij ...

... butiro ij ...

Summa xxiiij s viij ...

Sunt per ... port j ...

... ij panibus ij ...

... vj ...

... butiro ij ... ij ...

... ij ... v ...

... j ... iij ...

... j ... ij ...

... iiij panibus ... vij ...

... iiij ...

... v ... de sinapi iiij ...

... j ...

... ij ...

... ij ...

... v ...

... v ...

... j ...

Summa xxv s v ...

Die per natale ... port xij ...

... ij ...

... vitulo iiij ...

... ij ...

... ij ...

... x ...

... ij ...

e cuctis

q p & rebus diui
q secreta celest
sic promissa omnia apo
absconditum a seculis in deo ita
sapientie dei
potestatibus [illegible] a
in deo [illegible] angelis
completa sunt et celest
[illegible] dei [illegible]
spe [illegible] paulo [illegible] apostolo

gratusfaciens sit uita ad precepta dei implenda

